Propter ista argumenta forte negat p̄ncipale aīs vz ois hō vel non ois hō est sor. ¶ Contra nō ois hō ē sor. igitur ois hō vl non ois hō est sor. ꝓna pz a pte disiuncti ad totū disiūctū. ¶ Sil̄r iste hō vel non ois hō est sor. ꝛ iste hō vel nō ois homo est sor. ꝛ sic de alijs igitur ois hō vel non ois hō ē sor. consequentia patet a singularibus ad vniuersalem ꝛ q̃ sint eius singulares pz q: alicuius vniuersalis sunt singulares ꝛ non videt q̃ alicuius nisi illius date igitur ꝛc. ¶ Secundo arguit sic aliquo mō sor. est ois hō igit sor. est ois hō: ꝓna pz ab inferiori ad suū supīus sine impedimēto: ꝛ aīs arguit isto mō sor. ē ois hō demōstrando modum quo sor. est hō: ꝛ iste ē aliqs modus igit: ꝓna pz ꝛ aīs pbatur: q: isto mō sor. ē hō ꝛ isto mō nihil aliō a sor. est hō igit ꝛc. ꝓna pz ab exponentib̄ ad expositā. ¶ Cōfirmatur ois hō ē sor. isto mō: igitur isto mō sor ē ois hō: consequentia pz ab vno ꝙuertibili ad reliquū: ꝛ aīs sic arguitur tm̄ isto mō sor. est hō igitur ois hō ē sor. isto mō: patet ꝓna p illam regulā ab exclusiua ad suaz vl'em: ꝛ vltra ergo ois hō est sor. ꝓna pz ab inferiori ad suū superi̊ a parte p̄dicati cū dictione exclusiua addita subis: aīs aūt p̄cipale est vex. s. tm̄ isto mō sor. est hō vt pz p exponētes. ¶ Tertio ꝶ ppō est poēs sor. est ois hō ꝛ plures homines sunt hoies igit: aīs pbatur: q: pōt eē sicut ipsū primarie significat ergo illud ē pōsse: ꝓna pz p diffinitionē p̄positionis poēs aīs arguit sic: pōt ita esse q̃ sor. ē ois hō ꝛ capio ꝛ plures hoies sūt ꝛ sic aīs p̄marie significat igit ꝛc. ꝓna pz ꝛ aīs pbat ꝛ capio illā copulatiuā pōt esse q̃ sor. est ois hō ꝛ plures hoies sunt: ista copulatiua est vā: q: vtraq̃ eius pars est vā sicut pz: tūc sic illa copulatiua ē vera vt pz ergo ita ē sicut illa p̄marie significat ꝛ ipsa primarie significat q̃ pōt eē q̃ sor. ē ois hō ꝛ q̃ pl'es hoies sunt igit ita ē q̃ pōt esse q̃ sor. est ois hō ꝛ plures hoies sunt pz ꝓna ab vno ꝙuertibili ad reliquū.

Ad ista tria argumēta rñdet ad p̄m cuz dr: ois hō vel non ois hō ē sor. igit omnis hō est sor. dubito illam ꝓnaz eo q̃ signū vl'e i antecedente pōt distribuere totū disiunctū vel solū primaz partem disiuncti: si aūt distribuit totū disiunctū concedo ꝓnam: vt argumēta pbāt: ꝛ nego aīs: q: tūc aīs significat q̃ oē q̃ est hō vel nō ois hō ē sor. q̃ est falsū ꝛ ipossē: ꝛ tunc ad p̄m argumentū qñ arguit: non ois hō ē sor. igit ois hō vel ñ ois hō ē sor. nego ꝓnaz: ꝛ tūc ad regulā dico q̃ itelligit qñ notā disiunctiōis vel disiunctū nōpcedit terminī hās viz ꝓfundēdi ꝓfuse ꝛ distributiue: vl ꝓfusetm̄: q: ñ seqt tu differes ab asino q̃ tu differes ab hoie vl ab asino q: aīs ē vex ꝛ ꝓns f'lz: sil̄r nō seqt iste terminī hō significat p̄marie hoiez ergo iste terminī hō significat primarie hoiem vel asinū ꝛc. ꝛ sic de ifinitis. ¶ Ad aliō argumentū qñ dicebat iste hō vel non ois hō est sor. ꝛ iste ꝛ cetera igit ois hō vel non ois hō est sor. ¶ Dico ad ꝶ dubitando ꝓnam eo q̃ ly vel in oībus singularibus antecedentis pōt teneri in sensu composito vel diuiso si in sensu diuiso nego ꝓnam in eo q̃ q̃lz singularis i ante est vera quelibet. n. tunc significat q̃ iste hō ē sor. vel nō ois hō ē sor. ꝛ ꝶ est verum: ꝛ vlterius dico q̃ iste non sunt singulares illius vl'is demonstrate sed illius ois hō ē sor. vel non omnis hō: si autē ly vel teneat in sensu cōposito concedo cōsequentiā ꝛ nego aīs eo q̃ multe singulares antis sūt false: ꝶ enī demōrato pl'. est falsa: iste hō vel non ois hō est sor. eo q̃ ipa significat: q̃ ꝶ q̃ est iste homo vel nō ois hō est sor. q̃ est falsum: dz. n. sic resolui: ꝶ est sor. demōrando platonem ꝛ hoc est iste hō vel non ois hō igitur iste hō vel non ois hō est sor. Et si arguit nō ois hō est sor. ergo iste hō demōrato pla. vel non ois hō est sor. nego ꝓnaz: ꝛ si allegat regula q̃ a pte disiūcti. Dico q̃ regula tz qñ ly vel tenet disiuine ꝛ non collectiue q̃l'r ꝶ fit intelligēdū dicetur inferius: ꝛ sic pz qūo ista ppō ois hō vel nō ois hō est sor. est falsa si ly ois distribuit totū subiectū. Si autem signum vl'e distribuat partē primā disiuncti: nego ꝓnam p̄ncipalē: ꝛ concedo aīs eo q̃ ipsuz tūc significat q̃ ois homo est sor. vel non ois hō est sor. vel saltum q̃ sor ē ois homo vel non ois hō: tenendo ly ois sicut prius: ꝛ tunc ad primū argumentū nego ꝓnam: q: nō arguit ab exposita ad suas exponentes: ſz sic dz exponi hō vel nō ois hō est sor. ꝛ nihil est hō quin illud vel non ois hō est sor. igit ꝛc. ꝛ sic pz veritas exponentium. ¶ Ad aliud cū arguitur: ois hō vel non ois hō est sor. ois hō vel non ois hō ē omnis hō igitur ois hō est sor. nego ꝓnam: nec est syll'us in scḋa figura: eo q̃ maior extremitas non p̄dicat de minori in ꝓcl'one: sed soluz ꝑs de pte: deberet igit inferri talis ꝓcl'o ois hō vel non ois hō est sor. vel non ois hō: vel sic aliquid q̃ est ois hō vel non ois hō est aliqd q̃ est sor. vel non ois hō: si modus. n. ille arguendi valeret pbaret q̃ hō est asinus sic arguendo: ois hō vel asinus est asinus omnis hō vel asinus est hō igit hō est asinus: non debet talis ꝓcl'o inferri sed sic aliqd qō vel asinus est hō est aliqd qō vel asinus est asinus. ¶ Ad aliud cū inferet q̃ tm̄ sor. ē homo vel non ois hō nego ꝓnaz: nec ibi arguit ab vl'i ad suam exclusiuā de terminis trāspositis: q: non fit de subo predicatū nec eō: ꝛ si q̃rit de exclusiua illius vl'is: dico q̃ est ista: tantum sor. vel non ois hō est hō: ita q̃ ly nō ois non teneat se a pte subiecti: eodē mō est dicēdum de ista omnis hō vel asinus est hō q̃ eius exclusiua non est ꝶ tm̄ homo est hō vel asinus: sed ꝶ tm̄ hō vel asinus est hō: q̃ vera est vt pz per exponētes. ¶ Ad vltimuz cū arguit si omnis hō vel non ois hō est sor. pla. ē hō vel non ois hō igitur pla. est sor. nego ꝓnam: q: plus p̄dicat in minori q̃z distribuat i maiori ſz deberet sic argui ois hō ꝛc. pla. est homo igit pla. est sor. vel non ois hō q̃ est vex. ¶ Ad secundū argumentū p̄ncipale cū arguebat aliquo mō sor. est ois homo igitur sor. est ois hō: nego ꝓnam: q: arguit ab inferiori ad suū supīus cuz distributione ꝛ cā est: q: ly homo in ante stat ꝓfuse ꝛ distributiue: ꝛ restringit p istū terminū aliquo mō qui cadit tā supra subiectū q̃z supra p̄dicatuz: sed in ꝓnte ly hō stat ꝓfuse ꝛ distributiue sine aliqua restrictiōe: arguit enī ibi ac si argueret ois hō albus currit igit ois hō currit. ¶ Ad ꝓfirmationē cū ppōit ois homo est sor. isto mō: nego: tunc ad argumentū: tm̄ isto sor. est hō igitur ꝛc. nego ꝓnam: q: in ante ly isto mō cadit supra subiectū ꝛ predicatū ꝛ ipsum restringit: in ꝓnte aūt cadit supra solū predicatū: ideo si sic argueret: tm̄ isto modo sor. est hō igitur isto mō ois homo est sor. ꝓcederē consequentiā ꝛ ꝓns: q: sue exponentes sunt vere. s. isto modo hō est sor. ꝛ isto mō nihil est hō qn illud est sor. igitur ꝛc. si enim iste modus arguendi valeret per idem ꝛ iste: aliqñ tm̄ sor. currebat igitur oē q̃ currebat est vel fuit sor. aliqñ: similiter aliqñ nullū animal fuit i archa noe igit nullū preteritū in archa noe est vel fuit aīal aliqñ: ꝛ tm̄ vt patet neutra istaꝝ ꝓnaꝝ vz: ex prio enīz ante soluz sequit q̃ aliqñ oē q̃ currebat est vel fuit sor. ex 2° similiter sequitur q̃ aliqñ nulluz aīal preterituz in archa noe est vel fuit animal. ¶ Ad tertiū p̄ncipale nego q̃ ꝶ sit possibilis sor. est omnis hō ꝛ plures hoies sunt: ꝛ tunc ad argumentū: potest ita esse q̃ sor. est omnis homo ꝛ plures homines

sunt igitur: respōdeo dubitādo aīs: q: ly potest vel cadit supra primā partē solum vel supra totum sequens si solū supra primam ptem nego ꝓnam ⁊ cōcedo aīs q: tunc ē vera copulatiua cuius vtraqz pars est vera si autem cadit super totū sequens cōcedo ꝓnaz ⁊ nego aīs ⁊ tūc ad argumētū illa ē vna coplatiua cui⁹ vtraqz ps ē va nego q̄ sit copulatiua ymo ē vna cathegorica de copulato extrēo cuius verbū pncipale ē illud vbuz pōt. Aliter dr cōcedēdo illā sine distinctiōe q: ly pōt non cadit supra secōam ptē nisi ponat ly q̄ quare non pōt eē copulatiua. Sed nego illam pōt esse q̄ sor. est hō ⁊ q̄ plures hoīes sūt q: cathegorica ē ex quo ly pōt cadit s̄ totū sequēs q̄re ⁊c.

Amplius Arguitur ad pncipale sic hō est sor. igitur oīs homo est sor. ꝓna pbatur: sequitur. n. hō est sor. igitur hoīem eē sor. est vex: ⁊ per ꝓns nullū hoīem esse sor. non ē vex: ꝓna pz: q: non vex ⁊ falsum ꝓnertunt: ⁊ tunc vltra nullū hoīem esse sor. nō est verum igit oēm hoīem esse sor. est vex: ꝓna pz p illā regulā negatio postposita ⁊c. ⁊ si sic oīs homo est sor. ¶ Secundo sor. non differt ab oī hoīe ⁊ sor. est ⁊ oīs hō est igitur sor. est oīs homo: ꝓna pz cuz minori ⁊ maior p batur sic vex est non sor. differre ab oī hoīe igitur nō sor. differt ab omni hoīe: ꝓna pz: ⁊ aīs pbat: nā ℔ ppō: de⁹ē ē nō sor. differre ab oī hoīe ⁊ ipsa est aliqd̄ vex igit verū est non sor. differre ab oī hoīe: ꝓna pz ⁊ aīs pbat q: ista propositio deus est nō ē sor. differre ab oī hoīe: ⁊ ista p positio est igit ipsa ē non sor. ⁊c. ꝓna pz a negatiua de predicato finito ad affirmatiuā de pdicato infinito cuz debito medio. ¶ Tertio arguit sic sor. oī hoī est idē igit sor. est omnis hō: ꝓna pz: ⁊ aīs pbatur: ⁊ pono q̄ sor. cōcludat sibi ⁊ oī homini tunc arguit: sorti ꝓcludenti ⁊ omni hoī sor. est idem igit oī homini sor. est idē ꝓna pz a toto copulato ad alterā ptem: silr si sorti ꝓcludenti ⁊ oī hoī sor. ē idē igitur alicui homini ⁊ oī homini sor. est idē: ꝓna pz ab inferiori ad suum supius affirmatiue: pbat aīs principale sic: huic sor. est idē demstrando sor. ⁊ ℔ ē sor. ꝓcludenti ⁊ oī hoī igit sor. ꝓcludenti ⁊ oī hoī sor. ē idē.

Ad ista tria argumenta rfidet ad primū cuz ppōit nullū hoīem eē sor. ē flz. Rfideo dubitando illā: eo q̄ ly falsum pōt teneri ī sensu composito vel ī sensu diviso: si in sensu cōposito ꝓcedo eā eo q̄ significat q̄ ℔ ppō est falsa: nullus hō ē sor. si aūt teneatur ly falsum in sensu diviso: nego illā: q: suuz ꝗdictorium est vex: vz aliquem hoīem eē sor. est falsuz: q: pla. eē sor. ē falsum: ⁊ pla. est hō: eodē mō rfidendū est ad illam: nullū hoīem esse sor. non est vex ꝓcedo ipsaz ī sensu composito: ⁊ nego ipsam in sensu diviso: ⁊ vlterius cum concluditur igit oēm hoīez eē sor. est vex concedo ꝓnaz: si ly vex in aīcedēte tenebat ī sensu diviso: si āt ī sensu cōposito nego ꝓnam: ⁊ vlterius ad regulā dico q̄ nō bz veritatem ī modalib⁹: ⁊ cā ē q: solus ista negatio postposita cadit supra copulā principalē q̄ tñ nō deberet esse iuxta ī tellectū regule vel dr q̄ arguit negatiōe ppōsita q: ī modalib⁹ neg⁰ iuncta mō dr ppōsita vt ca⁰ modaliū ondet. ¶ Ad 2ᵐ argumentū nego q̄ sor. non differt ab oī hoīe: ⁊ ad pbationē vex ē nō sor. ⁊c. igit. ¶ Rfideo distinguēdo aīs q: ly verum pōt teneri noīaliter resolutorie vel modaliter: si prio mō ꝓcedo aīs ⁊ nego ꝓnam: si modaliter ꝓcedo ꝓnam: ⁊ nego aīs: q: tūc significat q̄ ℔ ppō ē vera nō sor. differt ab oī hoīe q̄ ē falsū: ⁊ tūc ad argumētum ℔ ppō deus est ē nō sor. ⁊c. ⁊ ipse est aliqd̄ vex igr: nego ꝓnam: nec est syllus expositorius q: ly verum in antecedēte tenet noīaliter ⁊ in ꝓnte modaliter. ¶ Aliter potest dici itex dubitando istaz verum est non sor. differre ab omni hoīe eo q̄ ly non pōt teneri infinite vel pure negatiue si infinite nego ꝓnam: ex qua infert q̄ non sor. differt ab omni hoīe: q: in illo ꝓnte ly non necio tenet negatiue: cum ipsum nihil precedat: si autem tenet pure negatiue concedo ꝓnam ⁊ nego aīs: ad pbationē nego ꝓnaz: nec ibi arguit per regulā dictam ex quo in ꝓnte ly nō tenetur pure negatiue. ¶ Ad tertium nego q̄ sor. oī hoī ē idem: ⁊ tunc ad pbationē admitto casuz: ⁊ vlterius nego istam ꝓnam: sor. concludenti ⁊ omni homini sor. est idez igitur ⁊c. si ly omni homini regitur ab isto participio cōcludenti: ⁊ tunc ad argumentuz ibi arguit a copulato ad alteram ptem: dico q̄ non semp tenet nisi copulatū regatur a copula principali ⁊ ēt q̄ ipsum non precedat signuz vel terminus hñs vim ꝓfundendi ideo iste ꝓne nō valet tu non es homo ⁊ asinus igitur tu non es hō. Similr nō sequitur istud totum est idem isti medietati. ¶ Eodē mō est dicendum in ppōsito q̄ ꝓna pdicta nō vz q: illō totū sor. ⁊ oī homini regitur ab isto termino concludenti ⁊ nō ab isto termino ē quare. ¶ Ad ꝓfirmationē qñ dicebat si sor. ꝓcludenti ⁊c. igr alicui hoī ⁊ oī homini sor. est idē. dr negando ꝓnaz. prio q: nō arguit ab inferiori ad suū supr⁹. q: ly sor. ꝓcludenti non ē terminus inferior ad istuz terminum hoī. Vel dato adhuc q̄ esset terminus inferior ꝓna non valeret q: non arguit rōne totius subiecti sed solum partis: modo talis forma nō vz. Sicut nō sequitur tu es apparens asinus igit tu es aliqualis asinus ⁊ tñ ly aliqlis est termin⁹ supior ad ly apparens. ¶ Silr nō sequit. tu es dñs platonis igit tu es aliqd platonis ⁊ ly dñs est terminus inferior ad ly aliqd. Si tñ concludat in argumēto prioi q̄ alicui hoī sor. est idem. ꝓcedo ꝓnam. ⁊ ꝓns. vex tamen si in aīte principali regit ly omni hoī ab isto termino idem ꝓcedo ꝓnam. ⁊ nego aīs. Et tunc ad eius pbationem huic sor. est idē ⁊ ℔ ē sor. ꝓcludēs sibi ⁊ oī homini igitur ⁊c. nego ꝓnaz primo q: ī aīte ly oī homini regit a ly cōcludenti ⁊ in ꝓnte regit a ly idez. Vel aliter pōt dici q̄ non est syllus expōitor⁹. primo q: in resoluenda solū subijcit ly sor. cōcludenti ⁊ ly omni hoī tz se a pte pdicati Sed debet sic argui huic ⁊ oī hoī sor. est idem ⁊ ℔ ē sor. concludens igit sor. ꝓcludenti ⁊ oī hoī sor. est idem ⁊ tūc conceditur ꝓna ⁊ negatur maior.

Amplius ad principale argumentū oīs hō est sor. vel hoīem esse asinum ℔. a. significat. Sed nullū hoīem esse asinum ℔. a. significat semper vniformiter demstrando: igitur oīs hō est sor. ꝓna pz a disiunctiua cum opposito vnius partis ad alterā eius ptem ⁊ aīs est verum in casu igit ⁊ ꝓns: ⁊ q̄ aīs sit vex arguit ⁊ pono q̄. a. sit ℔ copulatiua hō est asinus ⁊ nullus hō ē asinus. tunc isto posito pz q̄ hoīem eē asinū ℔. a. significat q: ps coplatiue illi⁹. s. hoīez esse asinū ℔. a. significat ⁊ qcquid significat ps copulatiue significat tota copulatiua vt suppō: igitur ⁊c. ⁊ per idez argumentū pbatur q̄ nullum hoīem esse asinum ℔. a. significat q: pars illius copulatiue sic significat ⁊c. ¶ Cōfirmat ℔ sic nullū hoīez differre a sor. ppositio vera primarie significat. ⁊ qualitercunqz propositio vera primarie significat est: igitur sic est q̄ nullus hō differt a sor. ꝓna pz ⁊ aīs probatur. ⁊ sit. b. ℔ ppō deus est. tunc sic. nullū hoīem differre a sor. b. ppō vera primarie significat ⁊. b. est aliqua ppō vera igit ⁊c. maior pbanda ⁊ aīs arguitur. q: si non ponat eius oppositum vz aliquē hoīez differre a sor. b. ppō va pmarie significat. hoc est falsum. q: primarie debet esse. b. ppō significat. ⁊ q̄ ista sint ꝗdictoria pz q: vna est vlis negatiua ⁊ alias particularis affirmatiua. ¶ Secundo ad idem arguitur sic ⁊ pono q̄ sor. ⁊ oēs alij hoīes disputēt. tūc isto casu posito sor. ē oīs homo disputās igit ⁊c. ꝓna bona ⁊ aīs pbat sic: iste sor. ⁊ nihil aliū ab isto sor. ē hō disputās igit iste sor. ē oīs hō disputās: ꝓna pz q: segtur iste sor. ⁊ nihil aliud ab isto sor. ē hō disputās igr tñ sor. ē hō disputās ⁊ p ꝓns segtur ꝓuersim q̄ oē disputās ē sor. ¶ Silr si iste sor. ⁊ nihil alū ab isto sor. est hō disputans igitur nihil aliud ab isto sor. est hō disputans. ꝓna tenet a toto copulato ad alteram eius partez sine aliquo termino hñte vim cōfundendi preposito. tunc sic. nihil aliud ab isto sor. est homo disputans ⁊ iste sor. est homo: igitur iste sor. est omnis hō disputans. q̄ erat probandū. Sz iam probat antecedens principale vz iste sor. ⁊ nihil aliud ab isto sor. est homo disputans. q: hoc est homo disputans demonstrando istam sor. ⁊ ℔ est iste sor. ⁊ nihil aliud ab isto sor. igitur. ꝓna pz. q: syllus expositorius ⁊ aīs est manifestum. ¶ Similiter homo disputans ē iste sor. ⁊ nihil alū

ab isto sor. igitur iste sor. ⁊ nihil aliud ab isto sor. est homo disputãs: ꝓña patet per conuersionem simplicem ⁊ añs etiã de se pz resolutorie arguendo. ¶ Tertio arguit tñ sor. est homo ergo omnis hõ est sor. tenet ꝓña ⁊ añs probatur: tñ homo est sor. ergo tñ sor. ẽ hõ: ista ꝓña arguit sequitur. n. tñ homo est sor. igit nihil aliud ab homine ẽ sor. ꝓña pz ab exposita ad vnam suarum exponentium ⁊ vltra ergo nihil nõ idẽ hõini ẽ sor. ꝓña pz: q: aliud ⁊ nõ idem conuertunt tunc vltra nihil nõ idem hoi est sor. igit oẽ idẽ hoi est sor. ꝓña pz q: negatio postposita ⁊c. ⁊ vltra sequit ꝙ tñ sor. est hõ ꝙ erat ꝓbandũ.

Ad ista tria argumenta rñdetur. ¶ Ad primũ negando breuit conclusionẽ primam: ⁊ qñ dicitur ꝙ ibidem arguitur a disiunctiua ad alteram partem nego: eo ꝙ ista non sunt ꝗdictoria hoiem esse asinum. a. significat ⁊ nullum hoiem esse asinum. a. significat sunt. n. simul vera vt ꝓbauit argumentũ: sed deberet argui cum tali medio: non est ita ꝙ hoiem esse asinum. a. significat: ⁊ tunc ꝓcedetur ꝓña ⁊ negatur minor: ¶ Ad cõfirmationẽ cũ ꝓponitur nullus hoiem differre a sor. b. ppõ va ꝑmarie significat. huic dr̃ distiguẽdo istã ſz cõpositionẽ ⁊ diuisionẽ in sensu diuiso concedo cã vt argumentũ ꝓbauit: tamen ex hoc non sequit ꝙ nullus homo differat a sor. si autem sumatur in sensu composito concedo ꝓñam ⁊ nego añs: eo ꝙ tunc significat ꝙ aliqua ppõ vera vel. b. ppõ vera significat primarie nullus hominem differre a sor. qd̃ falsũ est. ¶ Ad secundũ admisso isto casu: nego ꝙ sor. est oĩs homo disputans: ⁊ tũc ad argumẽtum: iste sor. ⁊ nihil aliud ab isto sor. est omnis hõ disputans ergo ⁊c. ꝓcedo ꝓñam: ⁊ nego añs: ⁊ vlterius ad eĩ probationẽ nego vtrãq ꝓñam factã: ⁊ causa est q: ly nihil continue in añte tenet infinite ⁊ in ꝓñte pure negatiue: deberet igitur sic argui hoc est homo disputans ⁊ hoc ẽ iste sor. ⁊ nihil aliud ab isto sor. igit iste sor. ⁊ nihil aliud ab isto sor. est homo disputãs: ⁊ sic concedo ꝓñam ⁊ ꝓñs. ¶ Similiter ex ista ppõne hõ disputans est iste sor. ⁊ nihil aliõ ab isto sor. solũ sequit ꝙ iste sor. ⁊ ens nihil aliud a sor. est homo disputas. ¶ Aliter potest ꝓbabiliter dici ꝓcedẽdo istam iste sor. ⁊ nihil aliud ab isto sor. est hõ disputans dicendo ꝙ ibidẽ ly nihil est negatio infinitans cuius virtus terminatur ad istũ terminũ aliud ab isto sor. ⁊ non transit in compositionẽ totam: ⁊ tunc negatur ista ꝓña qua infertur ꝙ tñ sor. est homo disputans: nec ibi arguitur ab exponentibus ad expositum: q: añs ẽ vna propositio de copulato extremo: sed si sic argueretur añs deberet eẽ vna copulatiua talis: iste sor. ẽ hõ disputãs ⁊ nihil aliud ab isto sor. est homo disputans: ⁊ sic conceditur ꝓña ⁊ negat antecedens pro minori. Eodẽ mõ respondetur ad aliõ negando ꝓñam: q: ly nihil in consequente tenetur mere negatiue in añte vero infinite: ⁊ vlteri⁹ cũ allegat regula dico ꝙ non recte arguitur per regulaz: deberet. n. sic argui iste sor. ⁊ nihil aliud ab isto sor. est homo disputans igitur ens nihil aliud ab isto sor. est homo disputans ⁊ isto modo conceditur consequentia ⁊ consequens.

Sed contra istam responsionẽ arguitur: ex ipsa seqt ꝙ ista sophismata sũt vera: sor. ⁊ null⁹ alius mihi rñdit ⁊ tamẽ plures sophiste mihi rñdent: ⁊ ꝙ. a. ppõ ⁊ nulla alia ab. a. ppõne ẽ ppõ ⁊ tñ. b. est ꝗdictionũ. a. similr̃ sequitur ꝙ aĩal ⁊ hõ currit ⁊ tamen animal ⁊ nihil ꝙ est homo currit. ¶ Similiter sequitur ꝙ sor. est aliud q̃ pla. ⁊ nihil aliud q̃ pla. tamen sor. non est pla. Tu es aliud q̃ asinus ⁊ nihil aliud q̃ asinus ⁊ tamen tu non es asin⁹. Huic dicitur breuiter concedo omnes istas conclusiones. ¶ Arguitur tamen contra istã vltimã: nã si sor. ẽ aliõ q̃ pla. ⁊ nihil aliõ q̃ pla. igr̃ sor. est aliõ q̃ pla. ⁊ nihil aliud q̃ pla. tenet ꝓña ab vno conuertibili ad reliquum: ⁊ consequens illius includit contradictionez eo ꝙ nullus terminus copulatus ex duobus cõtradictorijs incõplexis predicatur affirmatiue de isto termino sor. ¶ Itẽ seqtur sor. est aliud q̃ pla. ⁊ nõ aliud q̃ pla. igtur sor. est aliud ⁊ non aliud q̃ pla. ꝓñs patet eẽ falsum: ⁊ consequentia probatur: eo ꝙ cum quocunq̃ vere predicatur terminus inferior cum eodem predicatur ve terminus superior: dum modo terminus cui fit copulatio non aliter supponit: nec aliud significat cum vno q̃ cũ alio qualiter est in proposito. ¶ Item si aliud q̃ pla. ⁊ nihil aliud q̃ pla. est sor. ergo sor. est pla. probo consequentiam: q: si non signo certum suppositum pro quo verificatur ⁊ sit. b. tunc sic: ly nihil includit in se negationẽ ⁊ distributionem ⁊ ratione distributionis distribuit istum terminum aliõ q̃ pla. pro omni alio a platone ⁊ per consequẽs pro. b. ⁊ ratione negatiõis negat predicatũ ab oĩ illo ꝑ q⁹ fit distributio: igitur cum pro. b. fit distributio sequitur ꝙ a. b. negat predicatum: ⁊ si sic sequitur illud antecedens asserere. b. esse sortem ⁊. b. non esse sortem ⁊ per idẽ sor. esse pla. ⁊ sor. non esse pla. ¶ Item ista propositio ĩ mẽte nihil aliõ q̃ pla. ẽ sor. ẽ neg⁹ igit manẽte isto termio aliõ q̃ pla. sbo eiusdẽ manebit ppõ negatiua.

Ad primum dico cõcedẽdo consequentiam ⁊ consequens: non obstante ꝙ terminus copulatus ex contradictorijs in complexis predicatur affirmatiue de isto termino sor. ⁊ causa est: q: prima pars istius copulati includit in se negationem cui⁹ virtus transit ad hoc totũ pla. ⁊ non aliud q̃ pla. vnde si terminaretur ad primum terminum ipsa erit impossibilis ⁊ ideo sicut in ista sor. est aliud q̃ pla. virtus negationis ĩclise in ly aliud transit in hoc totum tñ: pla. ⁊ sic in ꝓposito. ¶ Ad secundum negatur consequentia ⁊ ad probationem cum quocunq̃ vere predicatur terminus iferior ⁊c. dico ꝙ hoc sepe fallit videlicz quãdo termin⁹ inferior includit in se negationem transeuntem in subsequens: vel quãdo terminus inferior ẽ terminus officiabilis vel quãdo terminus inferior significat aliqd in obliquo denominans significatum ipsius termini in recto denominatione extrinseca: vt non sequitur ḃ esse est scitum hic igit ḃ esse est aliquid hic: nam ly scitũ significat scientiam in obliquo denominantem hoc esse scitum denominatione extrinseca. nec tenet cum verbalibus nominibus vnde non sequitur tu es amator vini igitur tu es aliquid vini. ¶ Ad aliud nego consequentiam ⁊ pro toto argumento dico sicut prius ꝙ ly nihil ibidem non tenetur mere negatiue: sed infinite: cuius virtus terminatur ad istum terminum aliõ q̃ pla. ⁊ non transit in compositionem totam: si enim sic transiret bene sequeret inconueniens deductum. Et tũc ad argumentum quãdo arguitur quod ista propositio ni mente sor. est negatiua ꝓcedo: dico tñ ꝙ illud aggregatũ ex ipsa ⁊ isto addito non est propositio negatiua: sicut nec ista ẽ negatiua aliqd ñ asin⁹ currit ⁊ tñ ḃ ẽ simpliciter negatiua non asinus currit. In vna enim negatio tenetur negatiue ⁊ in alia negatio infinite. ¶ Ad tertium argumentum principale nego istam consequentiam: tñ homo est sor. igitur tñ sor. est homo. Et tunc ad probationem: concedo totum quousq̃ infertur ꝙ omne idem homini est sor. quam consequentiaz nego. Et tunc ad regulã dico ꝙ intelligit quãdo negatio tenetur negatiue ⁊ sequitur immediate post terminum distributum. Mõ sic non est in proposito: q: ly non idem non tenetur negatiue sed infinite solum ⁊ etiã non sequitur immediate post terminum distributum ymo ponitur inter partes subiecti vt pz. Si enim iste modus arguendi valeret per idem ⁊ iste valeret: nihil nõ asinus currit igitur omne ens asinus currit ⁊ tamen non valet vt satis patet intuenti eo ꝙ ex negatiua non solet sequi affirmatiua ⁊ sic patet responsio ad multa alia argumenta consimilia.

Amplius Arguitur ad ꝑncipale sic: si ego scio te non stare sor. est omnis homo sed ego scio te non stare ergo sor. est omnis homo: consequẽtia ⁊ minor patet: ⁊ maior sic arguitur: ego non scio te nõ stare nisi sor. sit omnis homo igitur si ego scio te nõ stare sor. est omnis homo: probatur consequentia: per consimile nam sequitur ego non scio te esse asinũ nisi tu sis capra igitur si ego scio te esse asinum tu es capra. Et antecedẽs principale probatur sic: ⁊ signetur ista ꝓpositio tu nõ stas nisi sor. sit omnis homo: tunc sic: ista propositio est falsa

primarie significãdo igitur tu nõ scis sicut ista tibi ꝑmarie significat ⁊ ista tibi primarie significat ꝙ tu non stas nisi sor. sit omnis homo igitur tu non scis te non stare nisi sor. sit omnis homo: ⁊ per idem sequitur ꝙ ego non scio te non stare nisi sortes sit omnis homo: quod erat probandum. ¶ Secundo sic: sor. est quando impossibile est aliam rem esse q̃ sor. esse igitur sor. est omnis homo patet ꝓnia: cuius antecedens sic probatur: sor. est ⁊ impossibile ẽ aliam rem esse q̃ sor. eẽ igitur ⁊c̃. ꝓnia patet ex hoc ꝙ tẽporalis ⁊ copulatiua in eisdem terminis conuertuntur ⁊ antecedens probatur: ⁊ signetur propositio impossibilis que sit alia res quam sor. isto posito ꝑ prima pars antecedentis: ⁊ minor sic probatur hoc est aliam rem esse q̃ sor. esse ⁊ hoc est impossibile igitur ⁊c̃. ans arguitur sic ꝑ est istam rem esse: demonstrãdo seipsam ⁊ ipsum esse est aliam rem esse q̃ sor. esse igitur ⁊c̃. ¶ Tertio arguitur sic ꝙ sor. est omnis homo sor. scit: ⁊ nihil scitur nisi verum: igitur sor. est omnis homo: ans sic arguitur: ꝙ sor. ẽ ab oi homine sorte scitur: ⁊ quicquid scit ab omni homine sor. omnis hõ sortes scit igitur ꝙ sor. est ois hõ sor. scit tz ꝓnia ⁊ antecedens presupponitur in casu.

Ad ista tria argumenta respondetur. ¶ Ad primum nego istam si ego scio te non stare sor. est omnis homo. Et tunc ad probationem ego non scio te non stare nisi sor. sit omnis homo igit ⁊c̃. dicitur dubitando ꝓnam: eo ꝙ illud verbum scio in ante potest determinare totum sequens vel solum primam partem: vz te non stare: si autem determinat totũ sequẽs concedo antecedens ⁊ nego ꝓnam: eo ꝙ in consequente non potest esse consimilis determinatio cum antecedens sit cathegorica de ꝑditiõato extrẽo ⁊ cõsequens conditionalis pura: ⁊ tunc ad similitudinẽ: dico ꝙ non est ad propositum cum in antecedente ibidem non possit fieri talis determinatio. Si autem ly scio determinat solum primã partem concedo consequentiam ⁊ nego antecedens. Et tunc ad probationem dico ꝙ ista consequentia non valet nisi illud verbum scio in consequente determinat totum sequens vnde si non determinaret: argumentũ nõ foret ad propositum. ¶ Ad secundum cum proponitur sor. ẽ quando impossibile est ⁊c̃. dico ꝙ ly impossibile potest teneri nominaliter vel modaliter. Si nominaliter concedo antecedens ⁊ nego consequentiam: si vero modaliter concedo consequentiã ⁊ nego antecedens ⁊ tunc ad probationem illius: impossibile est aliam rem esse q̃ sor. esse ergo ⁊c̃. nego consequentiam: q: tunc talis propositio nõ debet resolui sz officiari vz hec propositio ẽ impossibilis alia res est q̃ sor. que sic ꝑmarie significat igitur ⁊c̃. ⁊ sic arguendo concedo consequentiam ⁊ nego antecedẽs pro maiori. ¶ Ad tertiũ dicitur ꝙ ista propositio ꝙ sor. ẽ ois homo sor. scit: potest esse vniuersalis aut indefinita. Si vniuersalis concedo eam vt argumentum probauit. Si indefinita nego: ⁊ tunc ad argumentum: ꝙ sor. est ab omni homine sor. scitur igitur ⁊c̃. nego consequentiam nec arguitur ab actiua ad suam passiuam vt clare patet: põt dici ꝙ ly omnis homo potest regi ab isto verbo est ⁊ ab isto verbo scio. primo modo hec est falsa ꝙ sor. est omnis hõ sor. scit sed secundo modo est vera: plura alia argumenta possent fieri in hac mã q̃ ꝑ nunc gra brevitatis dimittũt.

¶ De quarta diuisio terminoꝝ Cap. .iiij.

Alia variatio propositiõis ex terminis propositionis habet ortum. Ideo notanda est iuxta doctrinas vniuersales loycorum precedentium particularis distinctio terminorum. Sunt enim q̃tum ad propositũ ꝑtinet quidam termini ĩmediati ⁊ quidam termini mediati. ¶ Termi ĩmediati dicunt termini simplices vel pro nomina demstratiua in singulari numero: vt ego: tu ille: ipse: iste: h: ⁊ is: ⁊ aduerbia demstrandi vt nũc: tũc: hic: ibi: ⁊ hoc verbum est presentis temporis ⁊ numeri singularis: ⁊ causa est q: quorumdã aliorum nominum ⁊ verborum pro aliquibus supponẽt'ũ possunt intrare probationẽ respectu eorũdem terminorum ⁊ non econtra sicut notius: ⁊ nõ dico sicut supius vel inferius: q: ly hoc intrat probationẽ illius termini: iste homo: ⁊ tamẽ nõ est inferius nec superius ad ly iste homo: sed bene est notius: sequitur enzi ꝑ currit ⁊ hoc est iste homo igitur iste homo currit. ¶ Ideo talis propositio est immediata: hº est: q: non potest probari per aliquod notius per sensum vel intellectum. Sed est differentia inter istos terminos immediatos eo ꝙ nomina ꝓnomina ⁊ aduerbia sic sunt immediata ꝙ nullum terminum inferiorem habent se ꝓz predicationẽ per quod possint probari: sz illud verbum sum es ẽ ẽ presentis temporis ⁊ numeri singularis sic est immediatum ꝙ nullum habet supra se terminum sed sub eo omnia alia verba continentur. In hoc vero cõueniunt ꝙ sicut non est aliud in quo possit resolui ꝑ ꝓnomẽ hoc ita nõ est aliud verbum in quo possit resolui hoc verbum sum es est.

Contra ista dicta arguitur: ⁊ primo probando ꝙ pronomina demonstratiua sunt termini mediati: ⁊ hoc sic ly hoc est terminus communis pluribus vniuoce competens igitur ly hoc est terminus mediatus: patet consequentia ⁊ antecedens probatur ⁊ assigno intentionem correspondentem huic pronomini hoc que competit sor. que sit. a. ⁊ sit. b. vna alia intentio demonstratiua que sit intentio pla. ⁊ sint sor. ⁊ pla. simillimi tunc sic quarũcunq̃ intentionum duarum omnino similium quicquid significat per vnam illarum significat per reliquaz sed. a. ⁊. b. sunt intentiones: omnino similes igit quicquid significat per. a. significat per. b. ⁊ ecõuerso sed sor. significat ꝑ. a. igit sor. significat per. b. ⁊ similiter pla. significat per idem. b. igitur. b. intẽtio demõstratiua est cõmunis pluribus: ⁊ cõsimiliter arguitur de. a. ꝙ est terminus mediatus: iste discursus ẽ bonus ⁊ maior probatur: quicquid intentio significat significat propter conuenientiam intentionis cuz re ⁊c̃. quia est similitudo: seu ymago rei: sed quecunq̃ intentiones omnino consimiles equaliter conueniunt cum omni re cum qua altera earũdem conuenit igitur quarũcunq̃ intentionum similium quicquid significat per vnaz significat per reliquam ⁊ econuerso. ¶ Secundo arguitur sic ⁊ pono: ꝙ pro quolibet instanti futuro obijciatur tibi vnus homo omnino similis sor. ita ꝙ pro nullis duobus instantib⁹ tibi obijciatur idem ⁊ sint sic similes ꝙ distinctio nõ appareat ⁊ maneat continue. a. intentio demonstratiua que est intellectio sor. in anima tua: quero tũc vtrum continue manebit. a. intentio sor. in anima tua absq̃ alia de nouo causata vel continue erit alia de nouo causata secundum nouitatẽ apparentium si primum respectu cuiuslibet istorum habebis intentionem significantem sor. ⁊ solum habebis. a. intentionem igitur. a. intentio est communis: cõsequentia tenet cum maiori: nec potest dici ꝙ respectu cuiuslibet istorum distinctam intentionem: q: si sic sit. a. intentio sor. ⁊. b. intentio pla. tũc sic. a. ⁊. b. apprehendis vel igitur vt distinctas vel vt similes si vt distinctas igitur distinctionẽ inter. a. ⁊. b. apprehendis: consequens falsum cum nõ apprehendas distinctionem rerum igitur nec intentionum nec vt similes: q: tunc similitudinem apprehendis sed similitudo apprehensa presupponit sua extrema apprehẽdi vt distincta igitur prius apprehendis illas intentiones vt distinctas.

Ad hec omnia Potest vnica responsiõe respõderi eodẽº ꝙ pronomen demonstratiuum plura significat non tamen est terminus cõmunis q: non pro quolibet quod significat potest supponere sed solum modo pro vno sicut iste terminus hoc album est terminus singularis ⁊ tamen significat plã. q: hoc album ⁊ albedinem ab illo realiter distinctam: sed pro albedine non potest supponere sic ly istius plura significat q: aliud in ista tu es frater istius ⁊ aliud in ista tu es aliquid istius ⁊ tamen non est terminus cõmunis q: non potest pro illis supponere sed precise pro vno quocunq̃ demonstrato. Et ita in proposito dicitur ꝙ taz a. q̃ z. b. significat plura non tamẽ pro illis põt supponere

sed.a.pro sor.solus modo.b.vo pro platone. ¶ Aliter re spondetur dicendo ꝙ.a.significat sor.solū modo ⁊.b.pre cise platonē: ⁊ tunc ad argumentum primus nego maio rem. Et ad probationē concedo ꝓñam cum prima parte antecedentis ⁊ nego secundam: videlicet ꝙ quecunqꝫ in tentiones omnino consimiles equaliter conueniunt cum oi re cū q̄ altera illaꝫ ꝓuēit: qm̄.a.ꝓuenit cū sor. vt simi litudo illi⁹.b.vero cū pla. vt similitudo eius vñ sicut non est possibile ꝙ.a.fiat a platone in potentia intellectiua sed a sorte solū modo ita non est possibile ꝙ sit platonis ymago aut similitudo: foret.n.impossibile vt docet experiētia sortem ⁊ platonem qualitercūqꝫ similes eandem ymaginē in speculo causare ꝫ cōsimiles ⁊ ita foret impossibile vni⁹ ymaginem aliud repræsentare sed eiusdem solum modo principiū effectiuū. ¶ Uerūtamen cōcedo ꝙ per notitiā sortis possus deuenire inotitiā platonis: ꝫ platōis notitia necio altera est a sortis similitudine vel notitia. ¶ Ad secundum argumentū dicitur vt prius admisso casu ꝙ respectu cuiuslibet istorum habebis distinctas intentiones: ⁊ tunc ad argumentū.a.⁊.b.apprehendis igitur vt distinctas aut similes: dicitur ad añs ꝙ non est necesse ipsum cōcedere in casu isto: qm̄ sicut possibile est ꝙ aliquid videas non videndo visionem istius ita est possibile ꝙ aliqd intelligam non intelligendo intentionē aut intellectionē illi⁹ quare ꝫ ꝙ non oportet si intelligo vl'apprehendo sortes ⁊ platonem ꝙ.a.⁊.b.apprehendam: concessa tñ maiori: nego consequentiam: quoniam si apprehenderem ista vt similia vel vt distincta ego apprehenderem ista esse plura consequens est contra casum ⁊ ita concedo ꝙ ista duo apprehendo sed non apprehendo ista duo quia non apprehendo ista esse duo.

Secundo Arguitur ad principale probando ꝙ hoc verbum est: est termin⁹ mediatus qm̄ oīs termin⁹ resolubilis est termin⁹ mediatus: sed ly est: ē terminus resolubilis ergo ē termin⁹ mediat⁹ patet discursus cum maiori ⁊ minorem ꝓbo per Aristo telē secundo periher. dicentes ꝙ non refert dicere hoies ambulare ⁊ hominem ambulātē. ¶ Secūdo sicut se habet ly ambulans ad ambulare ita ly ens ad eē igitur qua ratione ly ambulans includitur in ly ambulare eadem rōne ly ens i ly esse. ¶ Tertio sor.ē i domo conuertitur in ista ens in domo est sor. sed non videtur rō qr̄ ly ens additur in conuertente nisi qꝛ includitur in ly est igitur ⁊c̄. ¶ Quarto nisi ly ens includat in ly est sequitur ꝙ staret propositiones aliquas cathegorica esse sine predicato ꝓñs falsū: ex quo propositio cathegorica est illa que habet ſbꝫ predicatum ⁊ copulā ꝑncipales ꝑtes sui.

Respondetur ꝙ illud verbum est est terminus imediatus: ⁊ cū dr̄ ꝙ est terminus resolubilis: nego loquendo de resolutiōe propria quando illud quod resoluitur non capitur in eius resolutione nec probatione: dicere nāqꝫ sor.est idest sor. est ens: hec nō est resoluti ꝓpria sed hec est propria sor. currit.i.sor. est currens: qꝛ ly currit non sumitur in eius probatione nec resolutione ⁊ tunc ad primū argumentum: concedo ꝙ sic̄ non refert dicere hoies ambulare ⁊ homines ambulantes esse ⁊ ita nec hominem esse ⁊ hominem esse ens: ex hoc tamen non seqtur ꝙ si illud verbum ambulo sit resolubile ita illud verbum est. ¶ Ad secundū argumentū dicitur concedendo ꝙ ly ens includit̄ in esse: non tamen sequitur ꝙ illud verbum est sit resolubile. ¶ Ad tertium concedo ꝙ ista propositio sor.ē in domo: sic cōuertitur ens in domo est sor. ⁊ esse includit ens non tamen sequitur ꝙ sit resolubile. ¶ Ad quartum cōcedo conclusionem adductam ymo ⁊ fortiores ꝙ aliqua est propositio cathegorica: que non habet subiectum predicatum nec copulam: ⁊ tunc ad regulam allegatam dicitur ꝙ intelligitur propositionem cathegoricas habere implicite vel explicite illas partes secundus ꝙ declarabitur in secunda parte quare ⁊c̄.

Terminorum mediatorꝫ qdā sūt resolubiles vt noīa: vba: ⁊ aduerbia ⁊ participia habentia inferiora secundū predicationē: vt homo: monetur: alicubi: quibus: inferiora sunt ista: hoc currit ibi. ¶ Alij autem sunt exponibiles vt signa vniuersalia affirmatiua: dictiones exclusiue ⁊ exceptiue: incipit ⁊ desinit: omnes comparatiui ⁊ superlatiui gradus: termini modales ⁊ breuiter omnes termini ratione quorum propositiones in quibus ponuntur sunt exponibiliter assignande vt sunt talis differt aliud inq̄tum per se necessario ⁊ cōtingēter. ¶ Alij vero sunt termini officiabiles vt termini limitantes ad sensum compositum ⁊ sensum diuisum aliq ad diuersas compositiones secundum diuersas ordinationes in propositionibus: vt sunt termini significantes actus anime: sicut est scire intelligere: velle ymaginari: percipere: credere: dubitare: ⁊ similia. ¶ Juxta ß tamen est notandus ꝙ ista trimēbris diuisio no est ex opposito assignata cum contingat eundem terminū esse resolubilem exponibilem ⁊ officiabilem: vt patet de isto termino necessariū in ista propositione necessariū ē deus esse vl'necessariū est aliqd esse que potest tripliciter probari. ¶ Primo resolubilit̄ sic: hoc est deum esse ⁊ hoc est necessum: gꝰ nec̄ium est deum esse. ¶ Secundo exponit̄ sic deus est ⁊ non potest esse quin deus est igitur necessarium est deum esse. ¶ Tertio officiatur sic: talis propositio necessaria est: deus est que precise primarie significat deum esse igitur nec̄ium est deum esse. ¶ Consimili modo potest dici de isto termino contingēs: qui potest etiā resolubiliter exponibiliter ⁊ officiabiliter teneri vt cōtingēs est te esse: ꝓbatur pꝰ resolutorie sic: hoc est te eē: ⁊ hoc ē contingens igitur contingens est te esse. ¶ Secundo expositorie sic tu es ⁊ pōt eē ꝙ tu non es. ¶ Tertio officiabiliter sic talis propositio est contingens tu es que precise primarie significat te esse igitur cōtingens est te eē. ¶ Ex istis elicitur talis regula ꝙ vniuersalis propositio exposita conuertitur cum suis exponentibus sumptis simul ſꝫ propositio resolutorie vel officiabiliter probata cum suo antecedente resolutorie vel officiabiliter ipsum inferente nō conuertitur nisi gratia terminorum: verbi gratia sequitur: deus est ⁊ nō potest esse quin deus ē: gꝰ necessariū ē deum esse ⁊ econtra necessarium est deum esse igitur deus est ⁊ non potest esse quin deus est. Et sequitur hec propositio est necessaria deus est que primarie significat deū esse igitur necesse est deus esse: sed non sequitur econtra: qꝛ licet nulla propositio esset adhuc necessarium eēt deus esse. Similiter sequitur resolutorie ß currit ⁊ hoc est homo igitur homo currit sed non sequitur econtra vt patet intuenti. Et notanter dicebat̄ nisi gratia terminorum: qꝛ bene sequitur ß est ⁊ hoc est deus igitur deus est ⁊ econtra. Similiter sequitur ß lucet ⁊ hoc est sol. igitur sol lucet ⁊ econtra. ¶ Et vniuersaliter ē ß verum quando talium indefinitarum resoluentes sunt necessarie. Item officiabiliter sequitur tu scis talem propositionem aliquid est que primarie significat aliquid esse igitur tu scis aliquid esse ⁊ econtra: sequitur enim tu scis aliquid esse igitur tu scis talem propositionem aliquid est que primarie significat aliquid eē igit̄ tu scis aliqd eē. ¶ Redeundo igitur ad probationem terminorum resolubilium est sciendum ꝙ oīs terminus cōmunis pro aliquo suppositiuus ⁊ omne verbum preter verbum substātiuū ꝑsentis temporis ⁊ numeri singularis est resolubilis: omnis enim propositio in qua subijcitur huius terminus habet ꝓbari per duo pronomina demonstratiua sibi correspondentia: ⁊ ß vniuersaliter est verum: in indefinita affirmatiua in quocūqꝫ numero vel casu fuerit ⁊ cum quocunqꝫ verbo de presenti preterito ⁊ futuro: vt homo est animal sic resoluitur ß est animal ⁊ ß est homo igitur homo ē animal aliqd fuit homo sic resoluitur: ß fuit homo ⁊ hoc ē aliquid vel fuit aliquid igitur ⁊c̄. Aliquis homo curret hoc curret ⁊ hoc ē vel erit aliquis homo igitur. Album incipit esse hoc incipit esse ⁊ hoc est albus vel incipit esse albū igitur. ¶ Aliquid animal desinit esse: ß desinit esse ⁊ ß est vel desinit eē aliquod animal igitur. Ep̄s potest predicare: ß potest predicare ⁊ hꝰ est vel potest esse episcopus. Episcopus po-

videtur ab omni homine ⁊ hoc est homo igit: ab aliquo homine differt homo ab hoc differt homo ⁊ hoc est homo igitur: contradictoriorum eadem est disciplina: horum eadem est disciplina ⁊ ß sunt contradictoria: igitur: hominibus albis homines nigri fuerunt similes istis hominei nigri fuerunt similes ⁊ isti sunt homines albi vel fuerunt homines albi igitur: aliquos homines videbunt aliqui homines: istos videbunt aliqui homines. ⁊ isti sunt aliqui homines vel fuerunt aliqui homines igitur ⁊ cetera.

¶ Exempla de aduerbijs resolutorijs vt aliqualiter est: resolvitur isto modo: sic est ⁊ sic est aliqualiter igitur: aliquando eris: tunc eris ⁊ tunc est vel erit: aliquando igitur: post. a. tempus erit sor. episcopus: tñc erit sor. episcopus ⁊ tunc est. post. a. tempus vel erit post. a. tempus igitur: ante crastinam diem dormies tunc dormies ⁊ tunc est vel erit ante crastinam diem igitur: alicubi ē sol. ibi est sol. ⁊ ibi est alicubi igitur: per ß igitur patet ꝙ non est aliqua particularis vel indefinita affirmatiua que nō habeat vel habere possit duo demonstratiua sibi correspondētia

¶ Indefinita vel particularis negatiua pōt tripliciter probari. Uno modo per duo demonstratiua quemadmodū est indefinita affir^a vt hō non currit: hoc non currit ⁊ hoc est homo igitur homo non currit. Secundo modo potest probari recurrendo ad eorum contradictoria ipsa probando vel improbando quo facto statim patebit veritas indefinite vel particularis negatiue. Tertio modo potest probari per vniuersalem negatiuam sibi subalternantem: vt aliquid non currit probatur sic nihil currit igit aliquid non currit: nullum animal currit igitur animal nō currit: ⁊ per istum modum probandi patet veritas taliū indefinitarum vel particularium: vt aliquis homo qui ē asinus non est asinus: differens ab ente non est: aliqua res nolita a chymera non est nolita a chymera aliquis homo quē asinus genuit non est filius eius: ⁊ ita de infinitis que omnes probari possunt per earum subalternas vniuersales negatiuas. Et sicut dictum est de indefinita vel particulari affirmatiua vel negatiua: eodem modo est dicendū de singulari affirmatiua vel negatiua: de non subiecto demonstratiuo preter ß ꝙ non potest probari in singulari negatiua per suam subalternam cuz talem nō habeat. Ideo ista propositio iste homo albus currit debet sic probari: ß currit ⁊ ß est iste homo albus igitur ⁊c. iste homo vel asinus est asinus: hoc ē asinus ⁊ hoc est iste homo vel asinus igitur. ¶ Ex hoc sequitur ꝙ iste syllogismus non est expositorius iste homo vel asinus est asin^9 iste homo vel asinus est homo igitur homo ē asius: qr medius terminus deberet esse pro nomē demonstratiuum simplex quare nō est in proposito. ¶ Et ex alio sequitur quod ad particularem affirmatiuam aut sibi equiualentem resolutorie inferendam oz maiorem esse singularem propositionis inferende ⁊ minorem esse de subo finon mo cū priori ⁊ verbo ⁊ predicato proportionato verbo ⁊ subo propositionis principaliter inferende: sed sic nō est in proposito: qr singularis illius hō ē asinus non est aliqua talis iste homo vel asinus est asinus vt patet.

Sed forte contra Quedā supius dicta arguit ꝓbando ꝙ nō oīs idefinita affirmatiua va: hz duo demr̄atiua va ⁊ assigno istā ꝓpōnē: chymera intelligitur: tunc certū est ꝙ ipsa est vera ⁊ tamen non habet aliquaz talem demōstratiuaz veram: hoc est chymera cum ipsa sit impossibilis: ß idz patet de ista antechristū significat ly añxp̄s: que vera est ⁊ temen non habet aliquam talem veram hoc ē añxp̄s. ¶ Huic pōt multipl̄r respōderi. Pro mo modo ꝙ in talibus indefinitis in quibus verba principalia sūt verba importantia officiū vel consignificantia actum mentis non requiritur nisi solum vna demonstratiua. Ideo ꝓ veritate illius chymera intelligitur sufficit veritas illius hoc intelligitur demonstrando chymeram: similiter pro veritate hui^9 hoc significat ly añxp̄s demr̄ando añxp̄z. ¶ Secundo modo potest responderi ꝙ ista non est sua secūda demonstratua hoc est chymera sicut nec istius homo incipit eē est secūda demōstratua ß scilicet hoc ē homo sed ß hoc est homo vel incipit esse homo. Eodem modo est dicendū ꝙ scōa demr̄atiua isti^9 chy^a intelligit erit ista scilicet hoc est vel intelligitur esse chymera que est vera. Similiter secunda istius antich: istuz significat ly antichristus ē ß ē añchrist^9 vel significatur esse añxp̄s quod verū est. ¶ Tertio modo potest dici ꝙ talis demōstratiua dz dari ꝓ vnā conditionalez: vt chymera intelligitur hoc intelligitur ⁊ hoc esset chymera si esset igitur. Eodem modo dicitur ad aliam de añxp̄o. ¶ Quarto modo respondetur ⁊ melius dicendo ꝙ talia verba intelligitur opinamur signnificat supponit ⁊c. ampliat eorū subiecta ⁊ predicata pro presenti preterito ⁊ futuro vel ymaginabili. Jō ista propositio chymera intelligitur debet sic resolui ß intelligitur ⁊ hoc est vl̄ est ymaginabile esse chymera igit. Similiter ista añp̄m significat ly añp̄s debet sic resolui ß significat ly añxp̄s ⁊ hoc est añxp̄s vel erit añxp̄s igit ita ꝙ semper in secunda parte disiunctiue ponatur pars pro qua potest verificari.

Secundo arguitur Contra vnū aliō implicite cocessū videlicet ꝙ omne verbum actiuum est resolubile in suuz participium ⁊ verbum substantiuum. nam dato hoc sequitur ꝙ añxp̄s est: posito tamen ꝙ nullus añxp̄s sit. Probatur sic arguendo añxp̄s disputabit igitur añxp̄s est disputaturus tenet consequentia per concessum ⁊ ex consequente sequitur ꝙ añxp̄s est a tertio adiacente ad secundum adiacens valet consequentia. ¶ Itē arguitur ß sor. leget non potest resolui in illaz sor. erit legens igitur apparet: nec in illam sor. est lecturus: consequentia tenet ⁊ antecedens probatur: ⁊ pono ꝙ nō sit aliquis sor. sed erit ⁊ leget tunc sic: sor. leget ergo sor. erit legens ⁊ ex consequēte sequitur ꝙ sor. est: igitur a ꝓmo sor. leget ergo sor. ē ꝙ est falsum ⁊ ꝙ sequitur sor. erit legens igitur sor. est probatur: nam ista propositio sor. est lecturus infert istaz sor. erit ratione predicati futuritiue. Consignificantis igitur a pari. ista sor. erit legens infert istaz sor. est ratione predicati mere presentialiter consignificātis probatur consequētia: non sequitur sor. est iustus igitur sor. erit: nec sequitur sor. est futurus: igitur sor. erit: igitur tota causa quare ista sor. est lecturus vel aliqua consimilis. s. sor. ē futurus: sor. est predicaturus infert istam de futuro sor. erit: est qr predicatum istius consignificat per modum futuri ergo pari ratione ista sor. erit legens sumendo legēs participialiter infert istam sor. est ex quo ipsius predicatum presentialiter consignificat. ¶ Ad hoc respondetur ad primū negādo istam consequentiaz antechristus est disputaturus igitur antichristus est: ⁊ tunc ad rationē dico ꝙ a tertio adiacente ad secundum adiacens non vz argumentum cum termino distrahente qualis est iste terminus disputaturus vt inferius ostendetur. ¶ Ad secundum concedo istā consequentiam sor. leget igitur sor. erit legens: sed nego illam sor. erit legens: igitur sor. est: ⁊ cum dicitur bene sequitur sor. est lecturus igitur sor. erit ita a pari sequit̄ sor. erit legens: igitur sor. est: nego consequentiaz ⁊ ad probationem dico ꝙ prima consequentia valet non precise ex hoc qr predicatū est consignificans futuritiue: quoniam tunc ista consequentia valeret Adā fuit futurus igit̄ Adā erit sed ideo qr predicatum est futuri temporis ⁊ non limitatur per aliqd aliud sed potius distrahit ⁊ limitat verbum presentis temporis. Ideo deberet sic argui prima consequentia est bona qr predicatum est futuri temporis non limitatum sed secunde cōsequentie antecedentis predicatum est presentis temporis: et non limitatuz igitur ⁊ secunda consequentia est bona: concedo argumentuz sed nego minorē: quoniam ly legens limitatur per verbum precedens ad standum precise pro illo de quo erit verū dicere hoc est legens. Pro quo notandum ꝙ participiū presentis temporis puta legens aut aliquod tale non significat solum modo ea que nunc principaliter sunt ymo ⁊ omnia de quibus ē fuit aut erit verum dicere ꝙ illa sūt simpliciter vel talia aut talia: ⁊ ita ly futurus non solum si

gnificat ea que erũt sed omnia de quibus est fuit aũt erit verum ꝙ illa erunt: ⁊ ita de participio preteriti temporis est dicendum suo modo: huiusmodi igitur termini habẽtes latam significationem possunt per verba precedentia limitari ut antichristus erit legens vel preteritus non infert antichristum esse vel fuisse quoniam ly legens ⁊ preteritus limitatur per verba precedentia ad standum pro illo ꝙ erit solum modo ⁊ ita cum dicitur adam fuit futurus non supponit ly futurus pro illo quod iam est futurũ sed pro illo de quo aliqũ erat vera dicere ꝙ ẽ futurũ ⁊ hoc ꝓpter limitationẽ verbi ꝑteriti tẽporis vt dictũ ẽ.

Adhuc arguitur contra illam propositionez concessam aliquis homo qui est asinus non est asinus. Istam ex ipsa sequitur ꝙ aliquis homo est asinus ⁊ hoc est falsuz igitur: consequentia probatur sic: si ista ꝓpositione aliquis homo qui est asinus non est asinus sũt due compositiones quarum prima ponit ⁊ asserit hominem esse asinum sed negatio subsequens non neget compositionem precedentem igitur: adhuc post aduentum huius negationis manebit prima compositio non negata: ⁊ per cõsequens cõsequentia est bona. ¶ Item per idem debet concedi ista sor. qui est asinus non differt ab asino: ⁊ si concedatur argnitur sic: sor. qui est asinus non differt ab asino ⁊ sor. est: ⁊ asin? ẽ igit: sor. ẽ asin?: ꝓns falsum igit: ⁊ ãtecedẽs: cõsequẽtia ꝓbat a simili: seqt. n. tu non differs a platone ⁊ tu es ⁊ plato: est igit tu es pla. ita in ꝓposito.

istorum dico ꝙ licet referatur ly qui pro quolz homine albo non tamen sic confuse vt si antecedens illius sic distributum ponatur loco relatiui ceteris paribus manebit equalentia i vitate vel falsitate sed refertur ad ly homo pro omnibus hominibus albis distincte vel sigillatim sicut hº relatiuum se refertur i illa omnis homo videt se: que non valet illam omnis homo videt omnem hominez: nec illa aliquis homo videt aliquez hominem: equalz huic aliqs homo videt se: iõ ꝓfirmatio illius argumenti solum tenet de materia ⁊ non de forma. ¶ Unde est notandũ ꝙ q̃ꝫ uis relatiuum supponat in illa omnis homo videt se confuse ⁊ distributiue sicut suum antecedens non tamen licitum est ponere loco relatiui suuz antecedens: cum distributiõe: ⁊ causa est q: q̃ꝫtũcunqꝫ relatiuuz supponit confuse ⁊ distributiue adhuc eius suppositio depẽdet a suppositione sui antecedentis: ⁊ ideo variata suppositione aãtis variatur suppositio relatiui ideo non sequitur: omnis hõ videt se ergo omnis homo videt omnez hominez sed debet sigillatim vel diuisim intelligi relatio iste homo videt se ⁊ ille. ¶ Ex quo infertur illam consequentiam nõ valere: tm̃ sor. videt se ergo omnis videns se est sor. vel ergo nihil qõ non est sor. ẽ videns se: q: aliter refertur ly se in vniuersali exclusiua: ⁊ exponẽte: vnde illa tm̃ sor. videt se: debet sic exponi. Sor. videt se ⁊ nihil non sor. vidz sor. Et vniuersalis sibi correspondens debet esse illa: omne videns sor. est sor. ⁊ illius omne videns se est sor. est ꝗ exclusiua: tm̃ sor. est aliquid ꝙ videt se. Ex quo patz dato ꝙ nullus videat se nisi ille sor. ⁊ ꝙ omnis homo videat sor. illa tm̃ ille sor. videt se est falsa q: non tm̃ ille sor. videt illuz sor. igitur non tm̃ iste sor. videt se: probatur consequentia: nam ex opposito sequitur: tm̃ iste sor. vidz se ergo tm̃ iste sor. videt istum sor. patet consequentia: eo ꝙ subiecta convertuntur ⁊ copule convertuntur ⁊ predicata. ¶ Similiter probatur ꝙ relatiuum supponit discrete pro isto homine vt pz eo ꝙ refertur ad illum terminuz discretũ iste sor. supponẽs discrete. Similiter iste propositiones ꝓvertuntur iste videt se ⁊ iste videt istum: ergo vr̃ ꝙ eadẽ addita ea que resultabunt erunt convertibilia. ¶ Ad aliõ nego consequentiaz: pro quo est notanduz ꝙ quando antecedens relatiui solum habet illa supposita que habet terminus respectu cui⁹ fit relatio tunc refertur relatiuuz pro quolibet qõ esset suppositum antecedentis positi per se: vt omnis homo qui est risibilis est animal: omnis homo qui est mortalis est rationale: sed quando antecedens hẽt plura supposita de se q̃ꝫ terminus respectu cuius referẽ: tunc non pro omnibus illis fit relatio qualiter ẽ in proposito ⁊ sic patet solutio. ¶ Ad secundũ argumentuz principale factũ: negatur consequentia: q: restrictio termini solũ denotatur per imediataz appositionez determinantis ad determinatũ. Non enim est idem omnis homo albus ẽ ⁊ omnis homo est albus: nec idem est omnis propositio est vera cuius contradictoriuz est falsum ⁊ omnis propositio cuius contradictoriũ est falsum est vera: omnis propositio est vera que precise significat sicut est ⁊ omnis propositio que precise significat sicut est est vera: nec est idez omnes proportiones sunt equales quaruz denominationes sunt equales ⁊ omnes proportiones quaruz denominationes sunt equales sunt equales. Et sic nec est equipollens dicere: omnis homo qui ẽ albus currit: ⁊ omnis hõ currit qui est albus: sequitur. n. omnis homo currit qui ẽ albus sed omnis homo niger est homo: igitur omnis homo niger currit qui est albus: consequens est impossibile ⁊ contra casum. ¶ Ad tertium dico ꝙ regula non tz vniuersaliter: sed solum qñ nulla dictio habens vim confundendi precedit relatiuum: sed in proposito precedit ly omz relatiuuz. assumptuz patet in talibus: omnis homo ẽ animal qõ est rationale: tu non differs ab asino qui est pater tuus: imediate post hoc erit istans ꝙ imediate post hoc erit in infinitum mota est aliqua pars que est in corpore sor. ⁊ sic de consimilibus infinitis in quibus relatiuum nõ habet resolui per ⁊ ⁊ ille illa illud. ¶ Ad quartum negatur ꝙ diuersa relatio quo ad diuersa supposita in eadem propositione facit diuersitatem eiusdem propositionis: ꝛ tamen diuersa relatio in diuersis propositionibus ceteris paribus faciat aliqñ non solum diuersitatez propositionũ sed quo ad veritatem vel falsitatem: ⁊ sic dico consimiliter ꝙ in eadem propositione bene potest esse diuersa demonstratio vt cuz dicitur tu es ꝗ ⁊ ꝗ: vbi per primum ꝗ demonstro lignum ⁊ per secundũ lapidem. ¶ Ideo cuz relatiuum refertur suum antecedens respectu ꝑdicati cõpetentis cuilibet supposito antecedentis refertur pro quolibet eius supposito: vt ꝗ omnis homo qui est risibilis ẽ rationalis. ¶ Ad quintum concedo illud qõ concluditur in fine q: dico ꝙ in illa omnis homo qui est albus currit: non fit relatio pro quolibet eius supposito vel singulari talis termini homo: sed pro quolz homine albo vt dictũ est. Ideo illa omnis homo qui est albus currit nõ tot habet singulares sicut illa omnis homo currit qui est albº: q: nulla talis. s. iste homo qui est albus currit: est singularis: igit̃ omnis homo qui est albus currit nisi per eiº subiectum solum demõstretur homo albus: sicut nulla talis hº coloratum est: est singularis illius vlis omne coloratuz est nisi per eius subiectum demonstretur coloratũ. ¶ Ad sextum nego consequentiaz. Et si dicitur ꝙ ibi arguitur a termino stante confuse ⁊ distributiue ad suum inferiº cuz debito medio igitur ⁊c. respondetur primo negando consequentiam: quia sub termino stante confuse ⁊ distributiue imobilr non contingit descendere: modo certuz ẽ ꝙ ille terminus homo stat confuse ⁊ distributiue imobilr: cum sit pars subiecti: sicut non sequitur istius quelz pars est pars asini sz ista ꝑs tua est pars: igitur istius ista pars tua est pars asini: sicut etiam non sequitur: omnis homo habens equum equitat illuz: iste est equus: igitur omnis homo habens istum equuz equitat illuz. ¶ Aliter potest dici negando ꝙ a termino stante ꝓfuse ⁊ distributiue mobilr adhuc: ad qõlibz suum inferius cum debito medio fit bona consequentia: sed opz ꝙ ꝑ tunc supponat ꝑ quolibet suo inferiori qualiter nõ est in proposito eo ꝙ ille terminus homo restringitur ꝑ illud adiectiuum albº ad supponendum copulatiue solũ pro hominibus albis. ¶ Vlm̃ non sequitur quilz homo currit ista mulier est homo: igit̃ ista mulier currit: vt pz intuenti: ⁊ tamen certuz est ꝙ arguitur a termino stante copulatiue ad suum inferius: sed ideo non vz argumentum q: pro tali suo inferiori nõ supponit sed solum pro hominibus masculis. ¶ Tertio dicit̃ ⁊ melius ꝙ non arguitur a superiori ad suum inferiº q: ly homo restrictus per ly albus non est terminus superior: nisi ad terminos significãtes humana supposita alba i masculio genẽ q̃re. ¶ Modo rñdet̃ ad alia duo argumenta facta ꝗ illam propositionẽ concessam: promitto tibi denaris quẽ tibi ꝑmitto. ¶ Ad primũ argumẽtũ nego consequentiam: eo ꝙ arguitur respectu scõi termini sicut non sequitur: non omnis homo est animal nec omnis homo est hoc aĩal nec sic de singulis ⁊ ista sunt oĩa animalia: igitur non omnis homo est animal. Similiter non sequitur iste terminus homo non significat primarie istuz hominem nec illum nec illum nec sic de singulis ⁊ isti sunt omnes homines: ergo iste terminus homo nõ significat primarie hominem pz. n. ꝙ in qualz istarum antecedens est verum ⁊ consequens falsum. ¶ Ad aliud nego consequentiam: causa autez quare negatur: dicta est superius quando relatiuum precedit terminus habens vim confundendi: tunc relatiuum non habet resolui: sed sic ẽ in ꝑposito eo ꝙ illud verbum promitto habet vim confundi confuse tm̃ terminum immediate sequentem se: ⁊ ita complexum sicut incomplexum ⁊c.

Tertia regula est ista relatiuum idemptiꝑptatis subẽ ypothetice relatum ad suum antecedens supponens cõfuse tm̃ nõ supponit eodem modo sicut suum antecedens sed precise determinate: habendo respectuz ad totam compositionem sui antecedentis: vt omnis homo est animal ⁊ illud est rationale: illud relatiuum: illud: stat determinate habendo respectum ad totã compositionem sui aãtis. Et isto mõ

patet falsitas talium ppōnuz. omnis homo est aial ⁊ qō/libet risibile est illud: omnis homo est aial ⁊ ego sū illud: omnis hō est aial ⁊ illō est rōnale: pria. n. significat q̄ oīs homo est aial ⁊ qōlibet risibile ē aial q̄ est omnis homo: Scda significat q̄ oīs hō est animal ⁊ ego sum aial q̄ est omnis hō: Tertia significat q̄ oīs hō ē aial ⁊ illō aial qō est oīs hō est rōnale: mō certum q̄ quelz istax sic significando est falsa. Sequtur ēt falsitas aliquax ppōnū: vz ego idigeo oculo ad videndū ⁊ illo indigeo: ad videndum requiritur oculus ⁊ ille requirit ad videndum: ad eqtandum requirit equus ⁊ ille requirit ad equitādū: promitto tibi denarium ⁊ illū tibi pmitto. Prima enī significat q̄ ego indigeo oculo ad videndū ⁊ aliquo oculo quo indigeo ad videndū indigeo ad videndū. ¶ Scda significat q̄ ad videndū requirit oculus ⁊ aliqs oculus q̄ reqritur ad videndū requirit ad videndū. ¶ Tertia significat eodē mō ⁊ sic. ¶ Quarta: mō certū ē q̄ quelz illax ē falsa sic significando: presupposito p̄ prima q̄ haberē duos bonos oculos: ⁊ pro vltima q̄ promitterem tibi denarium nullum denarium promittendo.

Sed forte ōtra ista dicta arguit sic: Prio p/bando illam oīs hō est aial ⁊ illud est rōnale ⁊ arguit sic: iste hō ē aial ⁊ illud est rationale ⁊ ista: ⁊ sic ō singulis ⁊ isti sunt oēs hoīes: igit oīs hō ē aial ⁊ illud est rōnale: ōnia pz eo q̄ aīs est vna copulatina ex cuius prima pte sequtur prima ps ōntis ⁊ ex scda scda vel saltiz ē eadē: ergo ōnia bona. Scdo arguit pbādo q̄ si ad videndū requirit oculus q̄ ille requirit ad videndū. Illaz hec ōnia est bona: ad videndū reqrit oculus: q̄ ocul⁹ reqritur ad videndū: sed hec ōnia ouertit cū conditionali negata ergo ⁊c. ¶ Et q̄ illa ōnia sit bona pz per ouersionē simplicē. ¶ Tertio arguit pbando q̄ si promitto tibi denariuz illū tibi pmitto: nā si pmitto tibi denariū aliquē denarium tibi pmitto igit ⁊c. ⁊ aīs pbatur ⁊ ponat sic pri⁹ q̄ ego nullū denariū tibi promittēdo pmittā tibi denariuz ⁊ postea soluā tibi denariū tūc arguit sic ego soluā tibi denarium: igit soluo tibi denariū quē promisi vel denariuz quem non pmisi: si soluo denariū quē pmisi: ⁊ soluz mō soluo tibi. a. denariū: igit. a. denariū tibi pmisi: ⁊ per ōnis aliquē denariū tibi pmisi qō erat pbādū. Si aūt soluo denarium quē non pmisi tunc arguit sic: ego pmisi tibi vnū denariū quē adhuc nō solui nec soluebam nec aliquo mō satisfeci pro illo: igitur adhuc teneor soluere vel satisfacere pro denario pmisso: ergo soluto vno denario hēo soluere aliuz ⁊ eadē rōne 3ᵐ ⁊ sic deinceps: qō non videt verū. ¶ Itē soluto vno denario vex ē q̄ solui debitū ⁊ satisfeci pro debito: q: amplius non teneor soluē aliqd ceteris paribus ⁊ nihil soluo nisi aliquē denariū: ergo aliqs denari⁹ erat debitus ⁊ non nisi q: fuit tibi pmissus: igitur aliquez denarium tibi promisi.

Ad ista respondetur Ad primū negando ōnam eo q̄ ibidem arguit a pluribus suppōnibus determinatis ad vnā determinatā: sicut nō seqt aliqs hō ē ⁊ tu es ille: ⁊ aliquis hō est ⁊ ego suz ille: igitur aliqs hō est ⁊ ego suz ille ⁊ tu es ille: certū ē q̄ ñ vz ōnia: sz oportēt sic argui: aliquis hō est ⁊ tu es ille ⁊ idē aliquis hō est ⁊ ego sum ille igit ⁊c. ocedit ōnia: ⁊ negat aīs. Itē ī pposito debēt sic argui: iste hō est aial ⁊ illud aial q̄ est oīs hō est rōnale ⁊ sic de alijs igitur ⁊c. ⁊ sic arguendo ocedit ōnia: ⁊ negat aīs. Et tunc ad argumentū quelz singularis scde pte ōntis antecedentis est eadez cū scda pte ōntis: dicit negādo: eo q̄ in aīte supponit relatiuū discrete respectu vnius ōpōnis ⁊ in ōnte stat determinate respectu alterius cōpositionis. Et si ponit q̄ ille ptes sint eedez pposita ōnia illa: negabo eādem. Et si arguit sic: aīs ⁊ ōnis conuertunt: igitur ōnia bona: concedo q̄ illa ōnia est bona: hoc non obstante quā docunqz pponit est neganda. Et si arguit sic: illa ōnia ē bona ⁊ aīs est ocedendū a te ergo ⁊ ōnis. ¶ Huic rndetur primo ocedendo q̄ ōnis est ocedendū a me: ⁊ si vlterius arguitur: ōnis ē ocedendū a te ⁊ tu negas ipsuz: ergo male rndes: rndet ocedendo ōniaz: ⁊ negando mino: ē: nec est inconueniens in tali casu negare actuz ppium. ¶ Vel aliter dr ocedendo illā ōniam: illa ōnia est bona ⁊ aīs ē cōcedēdū a te igit ⁊ ōnis: ⁊ negando aīs: si dr q̄ p pte: dico q̄ pponant ptes diuisiue ⁊ statim videbit p qua pte. Ex his pz q̄ in casu isto hēo ocedere illā esse verā: omnis hō est aial ⁊ illud est rōnale: ⁊ ōtinue eā negare cū pponit: ⁊ causa est: q: aliud est ocedere ppōnē esse verā ⁊ aliud est concedere ppōnē. ¶ Ad hoc. n. q̄ ppō sit digna concedi reqrit q̄ apud coez modū loquendi ipsox disputantiuz significet ipsa ipsi rnsali primarie vex vl q̄ sibi sil'is vel alia obligeē vel q̄ ipsa vel tal' alia apud cōez modū loquēd disputantiū fuisset va. Concedere aūt ppōnē esse verā: est concedere ipsaz primarie significare vex qual' ē in pposito igit ⁊c. ¶ Ad scdz argumentū cū arguebat ad videndum reqrit oculus: igit oculus requirit ad videndū nego ōnam: nec est ouersio simplex: cū ibidez non fit de subo predicatū ⁊ econtra manente eadē suppōne: sic ergo dz conuerti: ad videndū reqrit oculus: aliqd ad qō requirit oculus est videre. Sil'r illa ad equitādū reqrit equus sic conuertit: aliqd ad qō requirit equus est eqtare: verū tamen iuxta istud pōt ocedi q̄ non ad hoc q̄ tu vides reqritur oculus tuus: q: non reqritur oculus tuus: pbat q: non opz esse oculū tuū. Itē quero quid dicit ly reqritur vel dicit necitatez vel vtilitatē. Si necessitatē hr ppositū: Si vtilitatē suppposito q̄ tu non videas: pz q̄ ad hoc q̄ tu videas nō est vtilis oculus tuus ex eo q̄ te videre nō ē. Itez si ad te videē reqritur oculus tuus pari rōne ad chymeraz videre requirit oculus chymere: qō est falsū. Itē tota rō cogens est ista si tu vides tu vides p oculū tuum: igitur ad ō q̄ tu videas requirit oculus tuus sz ista rō nō valet: eo q̄ aīs est vna ōditionalis mere necia ⁊ ōnis categorica affirmatiua non necia: non obstātibus istis concesso q̄ ad hoc q̄ tu vides reqritur oculus: argumēta nō sunt multū insolubilia. ¶ Ad tertiū principale dr q̄ insoluendo aliquē denariū soluo denariū quē non pmisi: ⁊ vlterius cū inferē q̄ adhuc ego teneor soluere denariū promissuz: nego ōnam: ⁊ cā est q: insolnēdo aliquē denariuz satisfaci p illa pmissione lz non soluerim denariū quē pmisi q: nullū pmisi. ¶ Ad scdm dico q̄ non soluo debitū: q: nihil est tibi debitū: nec soluo denariū quē teneor soluere: q: nullus est talis quē teneor soluere. Et si arguit sic q: satisfacio p illa pmissiōe soluendo aliquē denariuz: igit tibi debere ē aliqs denari⁹ ex illa pmissiōe: dr negādo ōniaz: ex hac pmissione tibi debeē denari⁹: nulli⁹ tñ denarius tibi debeē ex hac pmissiōe: Et iō ocedo q̄ iā teneor tibi ī aliq⁹ debito: ⁊ tñ nūqz solua illō q: nihil ē nec erit illō: tñ satisfaciā tibi solnēdo tibi ñ debitū: q: aliquē denariū ⁊c.

Quarta regula principalis est ista. Relatiuū idemptita is sbe ypothetice relatum ad suum antecedens supponens discrete vel determinate supponit eodem modo: habendo respectum ad totam compositionez. ¶ Ideo conceditur quelibet illaruz: aliquis homo est ⁊ tu es ille ⁊ aliquis hō est ⁊ tu non es ille: prima enīz significat q̄ aliquis homo est ⁊ tu es aliquis homo: sed secunda significat q̄ aliquis homo est ⁊ tu aliquis homo non es: quarum quelibet ē vera. Ex isto sequitur falsitas talium propositionum asinus est animal ⁊ tu es illud: aliquis homo est ⁊ quilibet homo est ille: aliquis homo est ⁊ sor. ē ille: ⁊ plato ē ille: prima enim significat q̄ asinus est animal ⁊ tu es animal q̄ est asinus. Scda significat q̄ aliquis homo est qui est: quilz hō. Tertia significat q̄ tu es aliquis homo q̄ est sor. ⁊ plato: modo certum est q̄ quelibet istarum est falsa sic significando: vnde prime due partes sunt vere ⁊ tertia in illo loco est falsa. quia non solum refertur ad ly aliquis homo respectu prime compositionis solum sed respectu vtriusqz precedētis. Et si 3ª poneretur loco scde illa esset vera. ⁊ secunda posita loco 3ᵉ esset falsa. ¶ Ex quo pz q̄ aliqua propositio est falsa: ⁊ postea erit vera per solam mutationem factam in se.

Contra predicta arguitur primo probādo illā ppositionē

aliquis homo est ⁊ quilibet homo est ille. Illam hec est falsa aliquis homo est ⁊ nullus homo est ille: ⁊ non pro/ prima parte ergo pro secunda: sed ipsa secunda pars ē cō traria scōe parti istius copulatiue aliquis homo est ⁊ qlz homo est ille: ergo ipsa est vera: consequentia patz eo ꝙ duo contraria in naturali materia non possunt eē simul fal sa: tunc arguitur sic: illa est vera: quilibet homo est ille: Et prima pars est vera: ergo tota copulatiua vera. ¶ Scōo arguitur sic: illa aliquis homo est ⁊ quilibet homo ē ille: ē vna copulatiua cuius prima pars est vera ⁊ quelibet sin/ gularis scōe partis est vera cum prima parte: igitur ⁊c. consequentia patet ⁊ antecedens probatur: nā quacunqz singulari capta illius vniuersalis est ꝶ vera: aliquis homo est ⁊ iste est ille. ¶ Tertio suppono ꝙ sor. pla. cicero sint omnes homines: tūc sic: aliquis homo est ⁊ sor. est ille ⁊ plato est ille ⁊ cicero est ille: igitur aliquis homo est ⁊ qui libet homo est ille: cōsequentia tz ⁊ antecedens probat: ⁊ sit prima singularis. a. scōa. b. ⁊ tertia. c. ⁊ prima ps co/ pulatiue. d. sed ⁊. a. partes patent: ⁊ ꝙ. b. est vex ⁊ simi/ liter. c. probatur: dato ꝙ ipsam. b. imediate sequeret pri mam partem huius copulatiue antecedentis: ipsuz eēt ve rum: sed qualitercūqz tunc significaret iaz significat ⁊ eē: igitur a pari iam est vera. ¶ Quarto arguitur ꝗ istā pro/ positionem concessam: aliquis homo est ⁊ tu non es ille: Illam data veritate illius sequuntur duo cōtradictoria eē simul vera ⁊ simul falsa: probatur. Illam eadem ratione qua illa conceditur deberet etiam concedi ista: aliquis hō currit ⁊ sor. non est ille: supposito ꝙ sor. ⁊ pla. currant: ⁊ tunc proponitur eius contradictorium nullus homo cur/ rit vel sor. est ille: ⁊ patet ꝙ scōa pars est vera eo ꝙ ipsa si gnificat ꝙ sor. est aliquis homo qui currit. ¶ Et si dicat ꝙ nō sic significat: sed sic: sor. est aliquis homo qui nō cur/ rit: adhuc redit eadem difficultas ponendo ꝙ pla. currit ⁊ sor. non. ¶ Quinto arguitur probādo illam aliquis ho est ⁊ sor. est ille ⁊ pla. est ille: ⁊ sit. a. copulatiua predicta: c. secunda pars. d. tertia ⁊ sit. b. alia copulatiua cuius se/ cunda pars sit. d. ⁊ tertia. c. tunc sic: quelibet pars. a. ē vā ergo. a. est verum: antecedens sic probatur: q: si nō inste/ tur ergo pro. d. Contra secunda pars. b. est vera. d. est se cunda pars. b. igitur ⁊c. ¶ Similiter si. d. sumptuz i. a. non sit verum: ergo suum contradictoriū est verum sed idem est contradictorium. d. sumpti in. b. ergo duo con/ tradictoria sunt simul vera. ¶ Confirmatur ꝶ sic: ⁊ pono ꝙ proferatur ꝶ aliquis homo est ⁊ dicat sor. sor. est ille: ⁊ plato est ille in eodem instanti: quo posito. patet ꝙ prima pars est vera ⁊ similiter quelz alia: q: non est ratio qꝶ di cta a sor. esset vera ⁊ non alia vel econtra: ⁊ sic patet veri tas istius propositionis negate aliquis homo est ⁊ sor. est ille ⁊ plato est ille.

Ad ista argumenta respondet. Ad primum negan do ꝙ aliquis homo est ⁊ quilibet homo est ille: ⁊ tunc ad probationem dico: ꝙ secunda pars illius aliquis homo ē ⁊ nullus homo est ille est falsa: non tamen dico ꝙ contra riaret secunde pti alterius copulatiue: cum vtrūqz predi/ catum stet determinate lz quelibet illarum sit vniuersalis: prima enim significat ꝙ aliquis homo est qui est quilibet homo ⁊ secunda significat ꝙ aliquis homo est qui nō est aliquis homo. ¶ Sed forte arguitur probando illaz ali/ quis homo est ⁊ nullus homo est ille. Illam ipsa est vna copulatiua cuius prima pars est vera ⁊ secunda est vna vniuersalis cuius quelibet singularis est vera cum prima parte: ergo ipsa vniuersalis est vera cum prima parte: an tecedens sic probatur nam quacunqz singulari scōe par/ tis capta verum est ꝙ aliquis homo est ⁊ ille non est ille: igitur ⁊c. ¶ Ad istud dicitur ꝙ quelibet singularis secun de partis potest capi cum prima parte collectiue vel diui siue. Si collectiue certum est ꝙ multe singulares sunt fal se vel saltim vna: q: tunc valebit illam aliquis homo est ⁊ ille non est ille ⁊ ille nō ē ille ⁊ sic de alijs q̄ falsa est. Si vo dimisiue: dicitur tunc: negando illaz consequentiam: que/ libet singularis illius vniuersalis est vera cum prima pte: igitur ipsa vniuersalis est vera cum prima parte: ⁊ causa est q: relatiuum in illa vniuersali refertur ad suum antece dens collectiue. ¶ Uel potest aliter dici ꝙ si capiant diui siue non sūt singulares scōe ptis: q: mutatur relatio: ⁊ tūc vz illam aliquis homo est ⁊ iste non ē ille ⁊ aliquis homo est ⁊ iste non est ille ⁊ sic de alijs modo certum est ꝙ que libet istarum est vera. Et per hoc pz responsio ad secun/ dum argumentum principale. ¶ Ad tertium argumen/ tum respondeo sicut prius negando illam aliquis homo est ⁊ sor. est ille ⁊c. ¶ Et vlterius concedo ꝙ. a. est verū ⁊. b. est falsum. Et tunc ad argumentū si. b. esset loco. a. b. esset verum sed qualitercūqz tunc significeret illa signi/ ficat ⁊ eē igitur. ¶ Rñdeo negando minorez: eo ꝙ si. b. esset loco. a. tunc significaret ꝙ pla. esset aliquis homo: sz iam significat ꝙ pla. est aliquis homo qui est sor. quorum primū est verum ⁊ reliquū est falsum. ¶ Similiter si. c. singularis eēt loco. a. ipsa significaret ꝙ cicero est aliquis homo sed iam quarto loco posita significat ꝙ cicero ē ali/ quis homo qui est sor. ⁊ pla. ⁊ sic patet diuersitas. ¶ Ad quartum nego illam consequentiam ex q̄ infertur ꝙ duo contradictoria sunt simul vera. Et dico ꝙ secunda ps dis/ iunctiue significat ꝙ sor. est omnis homo q̄ currit: ⁊ rō ē: q: secunda pars illius copulatiue aliquis homo currit ⁊ sor. nō est ille: significat ꝙ sor. aliquis homo qui currit nō est: cum ly ille stat determinate: q: refertur ad terminuz stantem determinate: ergo oppositum suum ꝙ est secun da pars illius disiunctiue significat sicut dictum est: eo ꝙ in contradictorijs termini debēt supponere opposito⁹ pu to tñ ꝙ in huiusmodi copulatiuis ⁊ disiunctiuis modo af firmatiuis includentibus relationem propter dependen/ tiam ad precedens non debeat dari contradictorium nisi per negationem prepositam ⁊ non ratione illius probare sed ratione oppositi affirmatiui. aliter duo cōtradictoria essēt simul falsa: vz quilibet homo est animal ⁊ illud ē ra/ tionale aliquis homo non ē animal vel illud non ē rōnale: copulatiua est falsa vt pz: ⁊ disiunctiua sil'r: naz prima ps est falsa: ⁊ scōa conuertitur cum illa oē aial qō non ē aliqs homo non est rōnale: qō verū falsum ē quare ⁊c. ¶ Ad quintuz rñdeo ꝙ. d. ē vex ⁊. d. ē falsū: ⁊ dico ꝙ lz. d. ipsi⁹ a. sit in voce sil'is. d. ipsius. b. nullo mō ꝓuertunt nec qō contradicit vni ꝗ dicit alteri pp diuersitatez relationis: nec due ptes illax ꝗ dicunt aliqs hō est ⁊ ego suz ille: aliquis hō est ⁊ ego non suz ille. ¶ Et si dicat ꝗ scōa significat ꝙ tu non es ille qui est aliqs hō: negatur: q: ly ille non ꝓfun dit vtute negationis pp dependentiā quā hz a suo ante sed sufficit ꝙ talis singularis sit vera tu aliqs homo qui ē non es. ¶ Ad ꝓfirmationē admitto casum: ⁊ dico ꝙ neu tra ppōnuz prolataz a sorte. vel platone est vera vel falsa nisi ꝶz relationē vl' respectū quē hnt ad aliā ppōnez: vñ si fiat copulatiua ex illis cum illa tertia ppōne aliqs hō ē: al'r refertur ly ille prime ppōnis q̄ vltime vnde sicut diceba tur prius si ppō dicta a sorte fuerit vltima ipsa est falsa ⁊ alia dicta a pla. vera: si aūt eē ppō dicta a sor. erit vā ⁊ di/ cta a platone erit falsa quare ⁊c.

Quinta regula principalis est ista: si aīs relatiui ydēptitatis sube ypothetice relati supponit mobil'r affirmatiue relatiuum supponit ēt mobil'r sigillatim ⁊ diuisim in cōpatiōe ad cō positionē vt qlz homo est ⁊ ille est sor. qlz hō est ⁊ ille est vnus solus homo: dato ꝙ quilz hō sit sor. prima data est vera: sed hec est falsa quilz hō est ⁊ sor. est ille: prima enī significat ꝙ quilz hō est ⁊ quilz hō qui est: est sor. sed scōa significat ꝙ sor. est quilz homo qui est. ¶ Similiter illa ē falsa: tm̄ lapis ē animal vel sor. est illud: ⁊ illa ē vera lapis non est aial nec sor. est illud: prima enī significat ꝙ tm̄ la/ pis est aial vel sor. est oē aial lapis. scōa significat ꝙ lapis non est aial ⁊ ꝙ sor. oē aial lapis nō est: pria est falsa vt pz ⁊ secunda vera q: sor. non aliquod animal lapis est. Sil'r est vera lapis animal non est ⁊ sor. non est illud: Secūda enim pars significat ꝙ sor. animal non lapis non est ⁊ ꝶ ē verum: q: ipse sor. pla. non lapis non est. ¶ Ex his appa ret falsitas talium propositionum quocunqz casu posito:

omnia composibilia istorum sunt ⁊ illa nec sũt finita nec in finita: omnes homines similes currunt ⁊ nullus illorum monetur: infinite sunt partes sor. equales non communicantes: ⁊ nulla illarum est pars sor. prima enĩ significat ꝙ omnia cõpossibilia istoꝝ sunt que nec sunt finita nec infinita. ¶ Secunda significat ꝙ omnes homines similes currunt quorum nullus monetur: ⁊ tertia significat ꝙ ifinite sunt ptes sor. equales non cõmunicantes que nõ sũt ptes sor. vel quaꝝ nulla est pars sor. modo certum est ꝙ quelibet illarum est falsa sic significando.

Contra istam regulaꝫ arguit sic: Ex ipsa sequitur ꝙ ꝗ est falsa tu nõ es animal vel tu non es illud: q: per regulã scõa ps significat ꝙ tu oẽ aĩal qõ tu es nõ es. etiaꝫ seqtur ꝙ tu es animal ⁊ tu non es illud: q: per regulam: scõa significat ꝙ aĩal non es modo hoc vĩ verum. ¶ Secundo arguitur probãdo illam quilꝫ homo est ⁊ vnus solus hõ est ille: quaꝫ negat opinio. ¶ Iam iste hõ est ⁊ vnus solus est ille ⁊ iste hõ est ⁊ vnus solus hõ est ille: igit ⁊c. ¶ Tertio arguit ꝙ ĩ finite sunt partes sor. equales non cõicantes ⁊c. naꝫ nulle sunt ifinite partes sor. eq̃les non cõicantes: igit nulla illaꝝ est pars sor. Sil'r sint quatuor hoies oẽs hoies quoꝝ duo primi sũt nigri ⁊ alij duo albi: tunc pꝫ ꝙ nulli sunt oẽs homines similes ⁊ per ꝓñs nullus illoꝝ monet: quare ⁊c. ¶ Quarto arguit ꝓbando illã oia cõpossibilia istorũ sunt ⁊ illa nec sunt finita nec infinita: ⁊ assigno ista q̃tuor ꝗdictoria ꝓtingentia rex sedet: nullus rex sedet: tu curris tu non curris: quo posito pꝫ ꝙ oia compossibilia istorum sunt: ⁊ ꝙ illa non sunt finita nec infinita: arguitur. Iaꝫ numerus compositus ex illis quatuor ꝓpõnibus nõ est finitus nec infinitus ergo ⁊c. ꝓña pꝫ: ⁊ añs probatur. Iaꝫ si aliquis numerus sit cuius oẽs vnitates non sunt finite nec infinite ille numerus nec est finitus nec infinitus: sed iste numer⁹ datus ẽ huiusmõi igitur ⁊c. ꝓsequentia cũ maiori patꝫ: ⁊ minor arguitur sic: ⁊ sit .a. numerus datus: tunc sic nulle due vnitates .a. sũt oẽs vnitates .a. nec aliquę tres nec aliquę quatuor sunt omnes vnitates .a. ⁊ sic in infinitũ: ergo nulle vnitates sũt omnes vnitates ipsius .a. igit vt pri⁹ .a. est numerus q nec ẽ finitus nec infinitus: assumptũ ꝓbat ꝫ.ꝙ nulle due vnitates sũt ipsi⁹ .a. nec tres nec q̃tuor: p^m de se patet: q: quibuscũq; duab⁹ vnitatibus captis ille nõ sunt oẽs vnitates .a. eo ꝙ tres vnitates ẽt sunt vnitates oẽs vnitates .a. Similiter nulle tres vnitates sũt oẽs vnitates .a. q: quecunq; tres dẽtur adhuc sunt alie tres q̃ ille que sunt vnitates ipsius .a. q: illaꝝ triũ vnitatũ quecũq; dent amoneatur vna vnitas ⁊ ponat quarta vnitas ⁊ sequitur ꝙ ille tres vnitates tunc assignate erunt vnitates ipsius .a. sicut prius fuerunt alie tres assignate. Et ꝙ nulle quatuor vnitates sũt vnitates istius numeri .a. pꝫ: q: nec iste q̃tuor que sunt .a. numer⁹ nec aliquę que non sunt .a. sicut est satis notũ. Et ꝙ iste quatuor vnitates non sunt vnitates .a. patet: quia iste non sunt aliqua nec aliquid ipsi⁹ .a. sed sunt totus numerus .a.

Ad ista respondetur Ad primum negando conclusionẽ scõa .n. pars significat ꝙ tu oẽ aĩal qõ non ẽ non es ꝙ est verꝝ: ẽt nego scõam ꝓclusionẽ q: lꝫ ly illõ stet determinate supponit tm̃ in cõparatione ad aliud extremuꝫ .s. subm ita ꝙ scõa pars ibideꝫ significat ꝙ tu illud aĩal ꝙ tu es non es. ¶ Ad scõm principale nego illã quilibet hõ est ⁊ vnus solus hõ ẽ ille: Et tũc ad ꝓbationẽ nego ꝓñaꝫ: q: arguit a pluribus suppositionib⁹ determinatis vel discretis ad vnam determinataꝫ respectu termini stantis cõfuse ⁊ distributiue. Sed sic deberet argui. Iste hõ est ⁊ vnus solus hõ est ille ⁊ iste hõ est ⁊ idem vnus solus hõ est ille demŕato priori ⁊ sic de singulis: ergo quilꝫ hõ ẽ ⁊ vnus solus homo est ille: ꝓceditur ꝓña ⁊ negatur quelꝫ singularis añtis preter primã. ¶ Ad tertiũ nego sic prius illas ꝓpõnes: infinite sunt ptes ⁊c. oia cõpossibilia istoruꝫ sunt ⁊c. Et tunc ad ꝓbationẽ negat ꝓña: q: ly illaꝝ nõ refertur ad ly ptes stantẽ mobiliter cũ illo syncathegorema te infinite: sed sigillatim ad singularia: iõ significat ꝙ illarũ partiũ est ps sor. demŕato quocũq; supposito illi⁹ termini ptes distributi. Et ꝗsil'r dicitur ad aliud negando ꝗsequẽtiam ⁊c. ¶ Ad quartum respondeo ꝓcedendo illam oia ꝓpossibilia istoꝝ sũt si ly oia tenẽt diuisiue vbivo teneret collectiue negarẽ ipsã: eo ꝙ ipsa tũc significaret ꝙ aliq̃ sũt oia cõpossibilia istoꝝ ꝙ falsũ ẽ. ¶ Concedo ergo eaꝫ si ly omnia tenetur diuisiue: ⁊ vlterius nego ꝙ illa nec sint finita nec infinita: ymo sunt finita. Et vlterius nego ꝙ .a. numerus non sit finitus nec infinitus. Et tunc ad probationem nego consequentiam hanc: si aliquis sit numerus cuius non omnes vnitates sunt. finite nec infinite: iste numerus non est finitus nec infinitus: ymo concedo ꝙ nullius: q: nullius talis numeri sunt aliquę omnes vnitates: sicut probabat argumentum factum. ¶ Et si arguitur ꝙ sic: q: quecunq; sunt vnitates alicuius numeri iste sunt finite vel infinite: igitur omnes vnitates a numeri sũt finite vel infinite: ⁊ si sic ergo aliquę sunt omnes vnitates tal'numeri. ¶ Huic dicitur distinguendo antecedens huius consequentie: eo ꝙ iste terminus omnes potest teneri collectiue ⁊ est sensus que sunt omnes vnitates huius numeri sunt finite vel infinite: ⁊ iste sensus implicat ꝙ aliquę sunt omnes vnitates illius numeri .a. ⁊ hoc est falsuꝫ quecunq; dentur: ⁊ sic tenet consequentia facta: omnes vnitates illius numeri sunt finite vel infinite: igitur aliquę sunt omnes vnitates illius numeri: sed antecedens est falsum sicut ⁊ consequens: sed tenendo illum terminũ omnes diuisiue: est iste sensus omnes vnitates istius numeri sunt finite vel infinite idest q̃cunq; sunt vnitates illi⁹ numeri ille sunt finite vel infinite ⁊ tunc est sensus verus: ⁊ non valet illa cõsequentia prius facta sic accipiendo illum terminum omnis. Ex eodem potest cõcedi ꝙ nulle sũt omnes vnitates pauciores illis quatuor q: non due nec tres nec quatuor vt argumentum prius probauit: ⁊ non sequitur tantum due vel tres vnitates sunt pauciores illis quatuor: ergo aliquę sunt omnes pauciores illis quatuor sicut non sequitur tm̃ duo istorum sunt compossibilia: istoruꝫ: igitur aliqua sunt omnia compossibilia istorum: q: licꝫ sint tm̃ duo compossibilia istorum tamen nulla duo sunt omnia compossibilia istorum quare ⁊c.

Sexta regula principaliter intenta est ista: cuiuslibet propositiõis ypothetice cuius extremum vnius partis capit suppositionem ab extremo alterius partis potissima probatio est illatio cathegorica: vt aliquis homo est ⁊ quilibet homo est ille: sic inferibilis est: iste homo est ⁊ quilibet homo est ille: ⁊ iste est aliquis homo ergo aliquis homo est: ⁊ quilibꝫ homo est ille. ¶ Similiter illa aliquis homo est ⁊ sor. nõ est ille: sic probatur iste homo est demonstrato pla. ⁊ sor. nõ est ille ⁊ iste aliquis homo: igitur aliquis homo est ⁊ sor. non est ille. ¶ Ex ista regula sequitur veritas talium propositionuꝫ aliquis homo est ⁊ si sor. est ille: sor. est plato: aliquod animal ẽ ⁊ si tu es illud tu es asinus. Aliqua propositio est vera si sua contradictoria est vera: prima sic probatur: iste homo est demonstrato platone: ⁊ si sortes est ille sortes est plato ⁊ iste est aliquis homo: igitur aliquis homo est: ⁊ si sortes est ille sortes est plato. ¶ Secunda sic probatur: hoc animal est domonstrando asinuꝫ ⁊ si tu es illud tu es asinus ⁊ hoc animal est aliquod animal: ergo aliquod animal est ⁊ si tu es illud tu es asinus. ¶ Tertia sic probatur ista propositio est vera quacunq; demonstrata si sua contradictoria est vera ⁊ ista est aliqua propositio: igitur aliqua propositio est vera si sua contradictoria est vera: maior probatur: nam ista propositio ẽ vera quacunq; demonstrata si istius propositionis vere contradictorium est verum: igitur ista propositio est vera: si sua contradictoria est vera: consequentia patet eo ꝙ quandocunq; relatiuum refertur ad aliquod antecedens suppõnẽs discrete conuertitur cuꝫ termino composito ex antecedente ⁊ altero extremo.

Contra istam regulam ⁊ duas priores propositiones concessas arguitur sic. Iam data regula

sequitur ꝙ aliqua copulatiua significās precise iuxta compositionem suarum partium principalium est vera cuius altera pars principalis est falsa. ⁊ consequenter sequuntur omnes conclusiones reprobate in proxia opi. igit ⁊c. maior probatur. nā ista ꝓpositio ē va p respōsionē aliqd̄ animal est ⁊ si tu es illud tu es asinus. Et ꝙ secūda pars principalis ē falsa probatur. Nam ipsa ē vna cōditionalis cuius antecedēs ē vex ⁊ cōsequēs ipossibile ergo ipsa est falsa. ꝓ̄ a pz ⁊ antecedēs ꝓbatur: ꝙ cōsequēs sit falsū pz ⁊ ꝙ aīs sit verum. vz tu es illud. ꝓbo. quia aliquod animal ē ⁊ tu es illud ergo tu es illud. cōsequētia bona ⁊ aīs ē verū ergo ⁊ ꝓ̄s. ¶ Secundo arguitur sic aliquod animal est ⁊ si tu es illud tu es asinus sed aliquod aīal ē ⁊ tu es illud. igitur tu es asinus: ꝓ̄s falsum igitur ⁊ aīs non minor igitur maior. ⁊ cōsequentia patet. qr arguitur a cōditionali cum suo antecedēte ad cōsequēs eiusdē. ¶ Tertio aliquod animal ē et si tu es illud tu es asinus. igitur aliqd animal ē ⁊ tu es illud: igitur tu es asinus. patet consequentia. qr arguitur a copulatiua ad copulatiuā cui⁹ pria pars copulatiue cōsequētis seqtur ex prima pte copulatiue aītis ⁊ secunda ex secūda: ex quo propositio rationalis ⁊ conditionalis facte de eisdem antecedentibus ⁊ consequentibus conuertuntur. ⁊ antecedens est verū igitur et consequēs: et consequens ē vna copulatiua cuius secunda pars principalis est falsa igitur ⁊c. ¶ Quarto arguitur sic qua ratione cōceditur ꝙ aliquis homo ē ⁊ si tu es ille tu es plato: eadē rōne debet concedi ꝙ aliquis homo ē ⁊ si tu es ille tu es antichristus. Sed ꝗ ē falsum. eo ꝙ illa copulatiua propositio: ē vna copulatiua cuius secūda pars ē falsa vt patet. Similiter dz cōcedi ꝙ aliquis homo ē q si est pater iste homo ē pater. quocūqz dato. Sed ꝗ ē falsuz eo ꝙ possibile ē antecedēs eē verum. s. aliquis hō est q est pater absqz ꝗ ꝙ consequens ē verum. qr aliter sequēret ꝙ idem esset pater ⁊ suus filius qd̄ est impossibile. Etiaz prius qz tu fuisti ꝗ conditionalis non valuit significando p̄cise sicut mō. s. aliqs homo ē: qui si est pater tu es pater ⁊ tā ista ē bona: ergo non omnis mala conditiōalis ē ipossibilis. Et ꝙ ista iā sit vera arguitur: quia tu es qui si es pater tu es pater: ⁊ tu es aliquis homo igitur ⁊c. pz consequentia per rōnem. ¶ Quinto arguitur ꝗ istam propositionem concessam illa ꝓpositio ē vera si sua cōtradictoria est vera: ⁊ sit. a. illa homo ē asin⁹ demōstrata per ly ista: tūc a propositio est vera si sua contradictoria ē vera: sed sua cōtradictoria ē uera: igitur a ꝓpositio ē vera: ꝓ̄s est falsum ⁊ consequentia patet: qr arguitur a conditionali cū suo antecedente ad consequens eiusdem: ⁊ minor probatur sic aliqua propositio ē ⁊ sua contradictoria est vera: igitur sua contradictoria est vera: consequētia patet a copulatiua ad alteram eius partez ⁊ aīs ē verum vt patet ergo ⁊ ꝓ̄s. ¶ Sexto nulla ꝓpositio est vera si sua contradictoria ē vera igitur falsum est. ꝙ aliqua propositio ē vera si sua cōtradictoria est vera. ꝓ̄a patet ⁊ aīs probatur: nec ista propositio ē va si sua cōtradictoria est va: nec ista nec illa igit ⁊c.

Ad ista respondetur Ad primā nego cōclusiōez adductam: ⁊ concedo secundam partem istius copulatiue: aliquod animal est ⁊ si tu es illud: tu es asinus: ⁊ nego antecedēs illius. s. tu es illud: Et tunc ad ꝓbationē ꝓcedo istā copulatiuam ⁊ q̄libet eius partem aliquod animal ē ⁊ tu es illud: non tamē dico: ꝙ secūda pars istius copulatiue sit antecedens illius conditionalis nec secum conuertibilis: licet in uoce ī scripto sit similis: quia in illa copulatiua: ly illud refertur ad istū terminū aīal p alio supposito: q̄ in illa cōditionali: referē enim in illa copulatiua p te ⁊ ī cōditionali pro asino. Et ideo sicut diuersa demōstratio facit propositiones multum similes in voce esse imptinētes sic eodē modo ⁊ relatio. ¶ Ad secūdū cū arguebat aliqd̄ aīal ē ⁊ si tu es illud tu es asin⁹: sz aliqd̄ aīal ē ⁊ tu es illud igitur ⁊c. nego consequentiam Et tūc ad ꝓbationez dico primo ꝙ in maiori illud nō ē aīs cōditionalis aliqd̄ aīal ē ⁊ tu es illud: sed solū tu es illud: quia talis maior non est conditionalis sed copulatiua: sed sic deberet argui: aliqd̄ animal ē ⁊ si tu es illud tu es asinus: sed tu es illud igr aliquod animal ē ⁊ tu es asinus: cōsequētia ē bona sed minor negat vt prius: vbi tñ ī minori ī pori cōsequētia referret relatiuū pro eodē pro quo ī maiori ꝓ̄a eēt satis bona: sed qr mutat relatio ideo mutat aīs ꝓditionalis q̄re ⁊c. ¶ Ad tertiū nego ꝓ̄az. Et ad ꝓbationē cōcedo ꝙ rōnalis ꝓpositio ⁊ cōditiōalis ꝙuertūtur de cōsiliib⁹ aīntecedētib⁹ ⁊ ꝓ̄ntibus: sed sic nō ē ī ꝓposito pp distinctionē ⁊ diuersitatem relationis: vñ sicut ꝑus dicebat ī ista ꝓpōne aliquod aīal ē: ⁊ si tu es illud. tu es asinus refertur ly illud ad istū terminū aīal p asino: sz ī ista ꝓpōne: aliqd̄ aīal ē et tu es illud: igitur tu es asin⁹ refertur ly illud ad istum terminum aīal p te quare ē magna diuersitas. ¶ Ad quartū cū ifertur ꝙ ꝗ ē cōcedēda: aliqs hō ē ⁊ si tu es ille tu es antichristus ita bene sicut ⁊ alia: nego consequentiam: qr ī ista propositione: aliqs hō ē ⁊ si tu es ille tu es plato: refertur illud relatiuum ille ad istum terminum aliqs homo p suo supposito quod tu non es: sed in illa propositione aliquis homo est: ⁊ si tu es ille tu es antichristus: referē ly ille ad ly aliquis homo pro nullo supposito quod est antichristus: eo ꝙ ille terminus antichristus non est suppositum istius termini homo: licet aliquando erit: modo notū est ꝙ relato vel demonstrato quocūqz homine qui nō est antichristus talis conditionalis non valet: si ille homo ē pater ille antichristus est pater vel si tu es ille tu es antichristus. Ideo conditionalis que fuit secunda pars copulatiue illate fuit falsa. ob quā causam negabatur. ¶ Ad aliud quando dicitur ꝙ hec etiam est concedenda: aliquis homo est qui si est pater ille homo est pater: quocūqz demonstrato: respondetur negando ꝙ hec sit simpliciter cōcedenda cum proponitur: immo proposita tali propositione debet queri an per subiectum consequentis in conditionali demonstretur homo qui est vel non. Si sic bene conceditur. Si autem ille homo non sit tunc nego ꝙ aliquis homo est qui si est pater ille est pater: verbi gratia de antichristo qui nundum fuit generatus. ¶ Ad quintum concedo ꝙ aliqua propositio est vera si sua contradictoria est vera. Et vlterius nego antecedens istius ꝓditionalis tāquā ipossibile. scilicet sua contradictoria ē vera. Et tunc ad argumentum respondeo sicut prius concedendo illā copulatiuā aliqua ꝓpositio ē ⁊ sua contradictoria ē vera: sed secūda pars istius copulatiue non est eadem cum antecedente illius conditionalis propter diuersam relationem vt dictum est. ¶ Ad vltimum concedo sicut pri⁹ ꝙ aliqua propositio est vera si sua contradictoria est vera: sicut concedo ꝙ aliquod animal monetur si homo currit licet nullū animal moueatur. Et vlterius concedo ꝙ nulla propositio est vera: si sua contradictoria est vera: ⁊ quālibet eius singularem quia antecedens istius conditionalis est impossibile ⁊ sic ista nō contradicūt. Aliqua propositio est vera si sua contradictoria est vera: ⁊ nulla propositio est vera si sua contradictoria est vera: sicut nec ista ꝓtradicunt pater est si tuī pater ē ⁊ nullus pater ē. si tuī pater ē. Similiter ista non contradicunt a propositio est vera si sua contradictoria est vera. Et a propositio non est vera si sua contradictoria est vera: sicut nec ista: homo aīal currit si homo currit ⁊ homo aīal nō currit. si hō currit. Per ꝗ pz q̄re tales sūt cōcedēde aliq̄ ꝓpō ē va: ⁊ si illaz scires sic significādo eēs asin⁹. Similiter aliq̄ substātia ē ⁊ si tu es illa tu es lapis: aliquod contradictorium est verum suum contradictorium est verum: ⁊ non sequitur aliquod contradictoriū ē verū si suū cōtradictoriū est verum ergo aliquod cōtradictoriū est ꝙ si suū ē verū est verū: sicut nō sequitur ātichristus ē coloratus si antichristus ē alb⁹: igitur antixp̄s ē qui si ē albus ē coloratus. Similiter etiam nō sequitur: nullū cōtradictoriū ē verū si suum cōtradictoriuz ē verum ergo nullum contradictorium est quod si suum contradictorium est verum est verum: sicut non sequitur nullus pater est animal si tantum pater est aīal ergo null⁹ pater est qui si tantum pater est homo est animal. In qualibet enim istarum antecedēs ē vex ⁊ ꝓ̄s falsum. Et hec de suppositionibus sufficiant.

¶ De terminis cõfundentibus.

NOtis significationibus ⁊ suppositiõibus terminorũ nunc de terminis vim confundẽdi habentibus ẽ vlterius prosequẽdũ. Et prio de hoc vbo differt qõ cõiter dicit exponi p positionem extremorũ ⁊ negationẽ vni? a reliquo ita ꝙ dicitur habere tres exponentes. Duas affirmatiuas in quibus subiectũ ⁊ pdicatũ propositionis exponende vel saltim termini sinonimi subijciũtur vbo substãtiuo pdicãte fm adiacẽs: ⁊ tertiam negatiuã in qua vnus talium terminorũ remouetur a reliquo: vt tu differs ab asino: exponitur: tu es ⁊ asinus ẽ ⁊ tu nõ es asinus: In .a. instanti tu differebas ab asino: exponitur sic: in .a. instanti tu fuisti ⁊ in .a. instanti asinus fuit ⁊ in .a. instanti tu nõ fuisti asinus igitur in .a. instanti tu differebas ab asino. In .b. istanti tu differes ab asino exponitur sic. In .b. instanti tu eris ⁊ in .b. instanti asinus erit ⁊ in .b. instanti tu non eris asinus igitur ⁊c̃. ita ꝙ quelibet trium exponentium istorũ terminorum differt aliud ⁊ non idem ⁊ verba sint confortmis temporis verbo propositionis principaliter exponẽde. ¶ Ex istis sequuntur aliquae conclusiones prima ẽ: ꝙ sor. differt ab omni homine: ⁊ tamen ipse non differt ab aliquo homine prima pars conclusionis patet per exponentes: quoniam sor. est. vt suppono ⁊ omnis homo est ⁊ sor. non est omnis homo: ergo sor. differt ab omni homine. Secunda pars conclusionis patet: quia si non: detur ꝙ sor. differt ab aliquo homine: ⁊ sequitur ꝙ sor. non est aliquis homo: per illam regulam ab exposita ad quãlibet suarum exponentium est consequentia bona: ⁊ sicut conceditur ꝶ conclusio: ita cõceditur ꝙ qõlꝫ differt a quo libet ⁊ tñ nihil differt ab aliquo.

Contra istam conclusionem arguitur probando ꝙ sor. non differt ab omni homine: quia sicut sequitur: sor. differt ab asino ergo inter sortem ⁊ asinum est differentia: ita sequitur a pari sor. differt ab omni homine igitur inter sor. ⁊ omnem hominem est differentia: consequens est falsum eo ꝙ inter sortem ⁊ sor. non est differentia. Secundo arguitur sic Sor. differt ab omni homine: igitur sor. differt ab omni homine a quo ipse differt vel differt ab omni homine a quo ipse nõ differt. Si dicat ꝙ ipse differt ab omni homine a quo ipse non differt. Contra a nullo sor. differt a quo ipse non differt: ergo ipse non differt ab omni homine a quo ipse non differt. Similiter si sor. differt ab omni hoie a quo ipse non differt ⁊ ipse est quilibet homo a quo ipse non differt. igitur sor. differt a se ipso: quod est impossibile. Ideo si concedit ꝙ sor. differt ab omni homine a quo ipse differt. Contra ergo sortes differt ab omni homine: ⁊ ab omni homine differt: quia sequitur sor. differt ab oĩ homine a quo ipse differt: ergo differt ab omni homine: ⁊ ab isto differt. Et vltra igitur a quolibet homine differt ꝙ est falsum. ¶ Item si iste homo demonstrato sorte differt ab omni homine: igitur omnis homo a quo ipse differt est: ⁊ vltra igitur omnis homo est a quo ipse differt. Prima consequentia patet: quia ad exponentes antecedentis sequuntur exponentes consequentis: ⁊ secũda cõsequẽtia probatur: quia quelibet singularis consequentis convertitur cum aliqua singulari añtis: ⁊ econtra ⁊ cuilibet supposito subiecti correspondet vna singularis g° ⁊c̃. antecedens sic probatur quia sequit formaliter. Iste homo a quo iste homo differt est: igitur iste homo ẽ a quo iste homo differt ⁊ econtra. ¶ Et ꝙ illud consequens sit falsuꝫ vꝫ omnis homo est a quo iste homo differt: patet: quia sequitur: omnis homo ẽ a quo iste homo differt iste homo est homo demonstrato sor. igitur iste homo est a quo ipse differt: consequẽs impossibile. Similiter homo non est a quo iste homo differt igitur ⁊c̃. antecedens patet: quia sortes non est a quo ipse differt ⁊ sortes est homo: igitur ⁊c̃.

Ad ista respondetur Ad primũ nego consequẽtiam: quia per tale medium inter me ⁊ asinum vel inter sortem ⁊ asinum est differentia non probatur ista sortes differt ab asino: sed per eius exponentes: ideo similitudo non valet. ¶ Vel aliter potest dici: ꝙ sicut ly homine in antecedente stat determinate ita deberet stare in cõsequẽte. Sed ꝶ est falsum: quia in ista propositione inter sortes ⁊ omnem hominem est differentia supponit ly homines ꝓfuse ⁊ distributiue. Ideo debẽt sic argui si opponẽs oio vellet. Sor. differt ab oĩ hoie ergo iter sortẽ ⁊ hoies ẽ differentia ita ꝙ ly hominem supponit eodem modo sicut prius. ¶ Ad secundum concedo ꝙ sor. differt ab oĩ hoie a quo ipse differt: ⁊ vlterius cum infertur ꝙ ipse differt ab omni homine ⁊ ab isto differt: nego cõsequãtiaꝫ: quia relatiuũ nõ hꝫ resolui ex quo ipsum pcedit dictio habens vim confundẽdi. ¶ Sed contra sor. differt ab aliquo homine a quo ipse non differt: ⁊ qua ratione differt ab vno a quo ipse non differt eadem ratione differt a quolibet a quo ipse non differt: igitur ipse differt ab omni homine a quo ipse non differt: consequentia patet ⁊ assumptuꝫ arguitur: quia sor. differt ab aliquo a quo nihil differt: probatur ipse differt ab aliquo a quo non differt aliquid igit ⁊c̃. assumptum probatur: sor. est. ⁊ aliquid a quo non differt aliquid est. ⁊ sortes non est aliquid a quo non differt aliqd igitur ⁊c̃. consequentia cum prima ⁊ tertia exponentib? patet ⁊ secunda probatur: quia si aliquid a quo differt aliquid est sit ille sortes. Contra a sor. differt aliquid igit sor. non est aliquid: consequentia patet ab exposita ad alteraꝫ exponentium. ¶ Ad istud nego ꝙ sor. differt ab aliquo a quo non differt: nego similiter ꝙ sor. differet ab aliquo a quo non differet. Et vlterius cõceditur ꝙ a sor. differt aliquid: ⁊ nego illam consequentiam ergo sor. non est aliqd nec hic arguit ab exposita ad vnam suarum exponẽtium quia ista propositio a sor. differt aliquid: debet sic exponi sor. ẽ ⁊ aliquid est ⁊ sor. aliquid nõ est. Et si arguitur a sorte differt aliquid ipse est aliquid ergo ipse a se differt: negatur consequentia: quia ly aliquid non confunditur mobiliter: eo ꝙ ly differt non habet vim mobilitandi nisi terminum a se rectũ a parte post. Sed sic nõ ẽ I proposito quia ly aliquid requiritur a parte ante ⁊ non a parte post ¶ Ad tertium principale cum infertur ꝙ omnis homo a quo sor. differt est: concedo consequentiam ⁊ consequãs ⁊ vlterius nego illam consequentiam: igitur omnis homo est a quo sortes differt. Et ad probationem quelibet singularis consequentis convertitur cum aliqua singulari antecedentis ⁊ econtra igitur ⁊c̃. nego consequentiam: oporteret enim ꝙ non plures singulares haberet vna ꝗ alia. Et ꝙ cuilibet supposito subiecti corresponderet vna singularis. sed sic non est in proposito: eo ꝙ plures sũt singulares consequentis ꝗ añtis: nulla enĩ est singularis antecedentis in qua non demonstratur. homo differens a sor. Sꝫ icõseqnte demõstratur oĩs homo differẽs a sor. ⁊ non differens a sor. ⁊c̃. ¶ Sed contra istam respõsiõeꝫ arguitur probando illã oĩs hõ est a quo sor. differt: qr tñ ens a quo sortes differt est homo igitur ⁊c̃. pꝫ consequtia ab exclusiua ad suam vniuersalem de terminis trãspositis ⁊ añs sic arguitur: ens a quo sor. differt est homo: ⁊ nihil aliud ꝗ ens a quo sortes differt est homo igitur ⁊c̃. patet consequentia ab exponẽtibus ad expositum: ⁊ maior patet ⁊ minor probatur sic: nihil aliud ꝗ ens ẽ homo igit nihil aliõ ꝗ ens a quo sortes differt ẽ homo: pꝫ ꝓma qr arguit a superiori ad suũ inferius cũ negatiõe ppposita. ¶ Ad istud respondetur negando illam minorem nihil aliud ꝗ ens a quo sor. differt est homo qr ipse est homo ⁊ ipse est aliud ꝗ ens a quo ipse differt: ⁊ ad probationeꝫ nego consequentiam: ⁊ dico qõ licet arguatur a superiori ad suum inferius negatione precedente non tamen negatione precedente ⁊ distribuẽte superius ⁊ iferius: eo ꝙ illi termini ens ⁊ ens a quo sortes differt stant immobiliter virtute duorum signorum precedentium. scilicet nihil ⁊ quã. Et si dicitur ꝙ sunt tria signa precedentia ergo mobilitant terminum immediate sequentem. Nego consequentiam: ⁊ causa est: quia non qõlibet illorum signorum sicut ly aliud posset de perse mobilitare termi-

mm in recto sed solum ī obliquo. Jō ī pposito ly aliud ñ
ſignat nec īpedit iſta ſigna ad mobilitādū vl'īmobilitādū.

Secūda cōcluſio eſt iſta: q̃ nihil qd ē homo differt ab homine: ⁊ nullus ab omni homine differt homo: prima pars cōcluſionis patet: quia ſi aliquid quod ē homo differt ab homine ſit illud plato: ⁊ ſequitur q̃ pla. non eſt homo. Secūda pars cōcluſionis probatur expoſitorie ſic: ab homine differt homo: ⁊ nihil eſt hō quin ab illo differt homo ergo ⁊c. cōſequentia pz ⁊ maior probatur: quia a ſorte differt homo ergo. antecedens ſic: a ſor. differt pla. ⁊ pla. eſt aliquis homo ergo a ſorte differt homo: pz conſequentia ab inferiori ad ſuum ſuperius ſine impedimēto: ſicut probatur iſta maior ꝓñr pōt ꝓbari minor alia.

Propositio exclusiua quarti ordinis est per duas propositiones exponibiliter probãda: quarum prima ē p̃iacẽs eiusdem et. Secũda ē vna singularis negatiua cuius pars predicati infinitat̃ quã ĩ exposita determinat dictio exclusiua: ut. a. propositio ē significans precise sicut est: sic exponitur: a significat sicut ē ⁊. a. non signicat non sicut est: tu vides solũmodo hominem sic exponitur. tu vides hominem. ⁊ tu nõ es videns non hominem. Ita ꝙ vniuersaliter teneat̃ ĩ materia exclusiuarum negationem ĩfinitantẽ terminũ ĩfinitare solũmodo quã in exposita determinat dictio exclusiua. Ex isto modo exponẽdi sequitur primo. ꝙ ℔ homo est aĩal ñ significat precise sicut ē: qm̃ detur oppositũ: illa significat sicut p̃cise ē: ergo nõ significat nõ sicut ē cõsequẽtia tz. ꝓñs ē falsum: q: ista significat non sicut ē: ex quo falsum significat. Secundo seqt̃ ꝙ ℔ hõ ē asinus non significat p̃cise aliter q̃ z est: qm̃ detur oppositũ. illa significat p̃cise aliter q̃ z ē ergo ipsa non significat non aliter q̃ z est: consequens ē falsum: q: suum contradictorium est verum videlicet illa significat non aliter q̃ z est: q: significat hominem esse ⁊ hominem esse est non aliter q̃ z est. Tertio sequitur ꝙ nulla propositio mundi significat precise sicut est: nec aliqua significat precise aliter q̃ z est: qm̃ quelibet propositio falsa significat ĩfinitas veritates ⁊ quelibet vera ĩfinitas falsitates ¶ Exclusiua affirmatiua qnti ordinis prio secũdo ⁊ tertio ⁊ quarto modo p̃ot exponi ꝓm cõueniẽtiam inter opponentem ⁊ respondentem. Ita ꝙ ℔: tu es animal solũmodo p̃ot cõuerti cuz illa tãtũmodo tu es animal: aut cum illa: tu es solũmodo aĩal: prio modo ē falsa: ⁊ secũdo modo est vera: nec hoc est incõueniẽter dictum: qm̃ sic ĩ hac propositione homo est aĩal necessario: ly necessario potest determinare totam ꝓpositionem cõsignificãdo ꝙ necessario homo est aĩal: aut p̃dicatum solũmodo denotando ꝙ homo est necessario animal. Ita in proposito dictio exclusiua finaliter situata cuinscũq ordinis propositionem exclusiuã p̃ot denoiare. ¶ Ex quo sequitur ꝙ dubium est an ℔: hõ est animal tantũmõ: sit alicuius q̃titatis si nãq ex clusiua primi ordinis est nullĩ q̃titatis existit. Si vero cũ exclusiua secũdi vel tertij ordinis conuertitur: tũc alicuius q̃titatis ē. ¶ Ex his modis exponendi sequitur veritas quarũdã propositionum prima ē ꝙ solus sor. ē albꝰ quo plato est albior ⁊ tamẽ nõ solus sor. est albꝰ ꝓbatur ⁊ pono ꝙ nihil sit album nisi sor. ⁊ plato q sit albior sor. tũc pz propositio per suas exponẽtes: q: sor. ē albus quo plato est albior. ⁊ nihil non sortes est sortes albus quo plato est albior ⁊ si arguatur sic: solus sortes est albus quo plato ē albior: igitur solus sor. est albus ⁊ isto plato est albior. negatur cõsequẽtia: nec hic debet resolui nomen ralatiuum propter precedentiam termini exclusiui determinantis.

¶ Secunda propositio ē ista. Solis tribus sola duo sunt pauciora: ⁊ tamẽ non solis tribus duo sunt pauciora: prima pars patet. quia tribus sola duo sunt pauciora: ergo solis tribus sola duo sunt pauciora: ꝓña pz ab exponentib̃ ad expositam. secũda pars patet: q: si solis tribus duo sunt pauciora: igitur nullis non tribus duo sunt pauciora. ꝓñs est falsum: q: q̃tuor duobus sunt pauciora: ⁊ ista quatuor sunt aliqua non tria: igitur aliquibus non tribus duo sunt pauciora: qd̃ ē oppositũ ipsius ꝓñtis. ¶ Et si dicitur ꝙ p̃iacens istius solis tribus sola duo sunt pauciora est ℔: solis tribus duo sunt pauciora: negatur. quia p̃iacens exclusiue non debet denominari a secũda nota exclusionis sed a prima. Ideo bene cõcedo ꝙ illius p̃iacẽs ē ℔ tribus sola duo sunt pauciora: ⁊ hoc est verũ. ¶ Tertia propositio est ista: non solum genitiuum p̃cedit solus noiatiuus: probatur aliquẽ nõ genitiuum precedit solus noiatius: ergo: cõsequentia tenet ab vna causa veritatis ad propositionez habentem illam: añs ꝓbatur: q: ℔ demonstrando datiuum precedit solus nominatiuus ⁊ ℔ ē aliquod non genitiuũ ergo: añs ꝓbatur q: hoc demonstrando ipsum datiuum precedit nominatiuus: ⁊ hoc non est non precedẽs nominatiuus igitur: ꝓña tenet ab exponentibus ad expositum ⁊ maior: minor vero q: suũ ꝑdictoriũ est falsum.

¶ Ulterius pro exponentib̃ exclusiue negatiue primi ordinis ē notãdũ ꝙ p̃ima exponẽs erit p̃iacẽs negatiua ⁊ secũda erit vniuersalis affirmatiua de subiecto aggregato ex trãscẽdente ⁊ termino opposito subiecto p̃iacẽtis: ut illa tñ homo non currit. dz sic exponi: homo non currit ⁊ qd̃libet nõ homo currit. Et hinc ē ꝙ loyci antiquitus vocarunt exclusiuas negatiuas non mere negatiuas sed negatiuas p̃regnãtes affirmationes. Et ꝙ sicut exclusiua affirmatiua predicatum attribuitur subiecto ⁊ remouetur a quocũq opposito subiecti: sic ĩ exclusiua negatiua p̃dicatum remouetur a subiecto ⁊ attribuitur cuicũq opposito subiecti. Iam sic dicẽdo. Tñ hõ currit denotatur cursus in esse homini ⁊ remoueri a quocũq qd̃ ē nõ hõ. Ex hoc patet ꝙ quelibet exclusiua negatiua cuius totale p̃dicatũ nõ ē trãscẽdẽs ⁊ subiectũ ē terminus positiuus ē ĩ possibilis: sicut q̃libet talis cuius p̃dicatũ ē trãscẽdẽs ⁊ primariũ significatũ subiecti nõ p̃ot eẽ. ē necessaria vel vera. Exẽplũ prime partis ℔ sunt ĩpossibilia. tñ homo nõ currit: tñ chymera nõ videt. Sed ℔ sunt necessaria tñ chymera nõ est: tantũ corruptũ nõ ē c̃: vt pz ex suis exponẽtib̃. Silr ℔ ē vera tñ q̃tuor chymere nõ sũt: q: sic exponitur q̃tuor chymere nõ sũt ⁊ oĩa nõ q̃tuor chymere sunt ꝙ vez ē: ℔ et ē vera. tñ chymera nõ p̃ot eẽ: quia chymera non potest eẽ: ⁊ qd̃libet nõ chymera potest eẽ: vñ exponentes talẽ negatiuam per illũ terminum aliud dicunt omnẽ talẽ eẽ ĩpossibilẽ: imo dicũt ꝙ ĩpossibile ē ꝙ tñ non ens nõ sit. Sed ℔ nõ ē rationabilr dictũ: q: q̃libet negatiua cuius significatũ p̃mariũ subiecti nõ ē: dicit̃ eẽ vã: sicut et q̃libet ꝓpositio affirmatiua cui̇ꝰ significatũ p̃mariũ subiecti nõ ē: dr̃ falsa. Ex isto sequitur falsitas illius ꝓpõnis: tñ isto mõ nõ es asinus quo nõ esses asinus si nõ aliq̃liter eẽt. Exponitur enĩz sic: isto mõ nõ es asinus quo nõ esses si nõ aliqualr eẽt. ⁊ oĩ mõ non isto mõ es asinus quo non eẽs asinus. si non aliqualiter eẽt. Et pz ꝙ ista secũda exponens ē falsa. Ista cõclusio ē cõcedenda: tñ ista chymera ñ ē. ⁊ tñ ĩfinite alie: ⁊ ĩfinite plures chymere q̃ z ista nõ sunt cũ iuxta exponẽtes p̃dictas q̃libet istax ē necessaria.

Ex predictis patet quodãmõ qũo dicẽdus est de exclusiuis negatiuis secũdi ordinis: vt ista sor. tñ nõ ē aĩal: dz sic exponi: sor. non est a ĩal ⁊ sor. ē qd̃cũq nõ aĩal: plato tñ nõ currit: exponit̃ sic: plato nõ currit ⁊ plato ē qd̃cũq nõ currẽs: vñ sicut in exclusiua affirmatiua secũdi ordinis cuius exclusio p̃cedit verbũ stat p̃dicatũ ceteris paribus ĩmobiliter: sic ĩ negatiua tali stabit p̃dicatũ mobiliter: vt si sor. tñ ñ ē albũ ⁊ plato nõ ē albũ. igit̃ sor. ē plato. Et si sor. nõ ē aĩal ⁊ plato ē aĩal tũc pla. ē nõ sor. ¶ Similiter ĩ a ꝓpositio. Ego solũmõ ñ pcutio sortẽ sic exponit̃. Ego nõ pcutio sortẽ. ⁊ ego pcutio qd̃cũq qd̃ nõ ē sor. Silr. a. ꝓpositio p̃cise nõ significat sicut ē: sic exponit̃. A ꝓpõ nõ significat sicut ē: ⁊. a. ꝓpõ significat qd̃cũq vl q̃litercũq ñ sicut ē. ¶ Sed hoc ē notãdũ ꝙ exclusiua negatiua secũdi ordinis cui̇ꝰ significatũ p̃ri

mariũ nõ ẽ exponẽdũ ẽ sicut exclusiua negatiua primi ordinis: ut antixps tñ non currit: nõ sic exponitur antixpus non currit ⁊ antichristus est qdcũq; non currẽs: sed sic exponitur: antichristus non currit ⁊ qdlibet nõ ãtixps currit Similiter tñ chymera non est: sic exponitur. Chymera non est. ⁊ qdlibet non chymera ẽ: verũtamẽ iste ꝓpositiones omnes possunt negari ⁊ exponi sicut pores. Et si tũc arguitur ꝙ aliqua negatiua est falsa cuius primariũ significatum nõ ẽ: dicitur ꝙ non ẽ incõueniens ĩ propositionib⁹ pregnantibus affirmationes: qualiter ẽ ĩ proposito.

Propositio exclusiua negatiua tertij aut q̃rti ordinis nõ est exponẽda sed ꝓbanda ꝑ suũ ꝗdictoriũ: vñ ad ꝓbãdũ illã. Sortes nõ percutit precise sor. debet sumi ista sor. ꝑcutit precise sor. Uel põt ꝓbari ꝑ suas cãs veritatis que dãt ꝑ partes contradictorias exponẽtiũ affirmatiue exclusiue tertij ordinis sub disiunctione: ideo talis negatiua conuertitur cũ vna disiunctiua facta ꝗ partibus oppositis ꝑtiũ copulatiue affirmatiue exponẽtis exclusiuã affirmatiuã: vñ ꝓ veritate isti⁹ sor. non ꝑcutit ꝑcise sor. sufficit ꝙ sor. non ꝑcutit sor. vel ẽ ꝑcutiẽs non sor. q̃libet enim istax ꝑtiũ sufficit iferre illã exclusiuã negatiuã: ⁊ non econtra: sequit enim sor. non percutit sortẽ: ergo sor. non percutit precise sor. sed ecõtra non vz. sor. ñ ꝑcutit ꝑcise sor. ergo ñ ꝑcutit sor. ut supposito ꝙ ipe ꝑcutiat se ⁊ platonẽ: ãtecedẽs ẽ verũ: ⁊ ꝗñs falsũ. Similiter etiã sequitur sor. ẽ percutiens non sor. igitur sor. non ꝑcutit ꝑcise sortẽ: q: oppositum consequentis repugnat añ cedẽti. Ista enim duo repugnant sortes ꝑcutit precise sor. ⁊ sor. ẽ percutiẽs nõ sortẽ: cũ ex ista sequatur oppositũ alterius ꝑtis. Sed ecõtra non sequitur. Sor. non est percutiens precise sor. igitur sor. ẽ ꝑcutiẽs non sortem cuz ex negatiua non sequitur affirmatiua.

Exclusiua negatiua opposita exclusiue affirmatiue primi ordinis ẽ similiter dupliter probanda vel per suum cõtradictoriũ assignãdũ vt prius dicebatur vel per vnã disiunctiuã factã ex partibus oppositis exponentiũ exclusiue affirmatiue. vnde ista ꝓpositio: nõ tñ homo currit conuertitur cũ ista disiunctiua nihil ꝙ est homo currit vel aliquid nõ homo currit cuius quelibet pars est ĩsufficiens iferre illam exclusiuam negatiuã ⁊ non econtra. Sequtur. n. nihil qd̃ est homo currit ergo nõ tantũ hõ currit: q: oppositũ cõsequentis repugnat antecedẽti: sed ecõtra nõ vz: vt non sequitur: nõ tãtuz hõ currit igitur nihil qd̃ ẽ homo currit: supposito qd̃ boies ⁊ asini currãt. ¶ Similiter sequitur aliqd nõ hõ currit. igit non tantum homo currit: ⁊ tamen econtra non vz: q: ex negatiua nõ sequitur affirmatiua: supposito enim ꝙ nihil curreret: añs eẽt verũ ⁊ ꝗñs falsum.

Consimiliter dico de exclusiua negatiua opposita exclusiue negatiue. secundi ordinis ꝙ habet dupliciter probari: vel ꝑ suũ contradictoriũ vel per cãs veritatis illius que sunt ꝑtes opposite ꝑtiũ exponẽtiũ affirmatiuã: ut ista tu nõ tñ curris: habet duas tales causas veritatis: tu non curris vel tu es nõ currẽs quarũ q̃libet põt iferre exclusiuã illã negatiuam ⁊ non econtra.

Exclusiua opposita exclusiue negatiue primi ordinis habet consimiliter duplicit probari vel per suum contradictoriũ vel per suas causas veritatis: vnde ad probandum vel improbandum illam nõ tñ homo non currit sũmatur statim suũ oppositum: vz tñ homo non currit: ex quo statim apparebit veritas vel falsitas illius non tãtũ homo non currit: vel per suas causas veritatis que sunt: omnis homo currit: vel aliqd ñ homo nõ currit: quarũ quelibet vt prius põt eẽ añs illi⁹ in consequentia bona ⁊ non econtra. sequitur enim oĩs homo currit ergo non tñ homo non currit: q: oppositũ cõsequẽtis repugnat añcedẽti. Ista. n. sibi repugnãt oĩs hõ currit ⁊ tñ hõ nõ currit: q: ex vna ꝑte copulatiue sequtur formalr oppositus alterius ꝑtis. Similiter sequiter aliqd nõ homo non currit ergo nõ tñ hõ nõ currit: eo ꝙ oppositum ꝗñtis repugnat añti: vt pz ꝑ eius exponẽtes: eꝗ aũt nõ vz aliqua istax ꝗñax vt pz intuenti.

Dicendum est consimiliter de exclusiua opposita exclusiue negatiue secundi ordinis ꝙ hz dupliciter ꝓbari vl per suũ ꝗdictoriũ: vel ꝑ vnã disiunctiuaam factã ex partibus oppositis partiũ exponẽtiũ exclusiuã negatiuã secũdi ordinis. Ideo illa ꝓpositio sor. non tñ non currit: habet talẽ disiunctiuã secũ conuertibilẽ. sor. currit vel sor. non est qdcũq; nõ currẽs: cui⁹ quelibet pars infert illã exclusiuã ⁊ non econtra: ⁊ hoc innuit vna regula logicalis ponẽs ꝙ a propositione hñte plures causas veritatis ad vnam illarũ non vz ꝗña. Sed arguendo a qualibet illarum causax ad propositionẽ hñtem illam cãm ẽ bona cõsequẽtia: vt sepius ⁊ sepius ẽ expressũ. Et hoc ẽ rõnabiliter dictũ. q: quelibet talis conuertitur cũ vna disiunctiua que non infert aliquã eius ꝑtẽ formalr sed a qualibz ifertur: nisi forte ꝗñs eẽt necessariũ vl eẽt cõsequẽs ad quãlibet ꝑtẽ disiunctiue. Sequitur. n. tu curris vel de⁹ ẽ ergo de⁹ ẽ. Silr seqt tu curris: q: vl hõ ẽ asin⁹ ergo tu curris ꝗñs seqt ex qualibz ꝑte disiũctiue. Et ita ꝗ alijs exclusiuis negatiuis suo modo dicat. Ex his ergo pz qd in materia exclusiuarum sit dicẽduz ⁊c.

¶ De regulis exclusiuarũ.

Nunc de quibusdam regulis pertinentib⁹ ad materiam exclusiuax restat tractare. Et primo presuppono ꝙ cuiuslibet exclusiue tam affirmatiue q̃z negatiue primi ordinis subiectum super quo cadit exclusio stat cõfuse tñ si non aliunde fuerit distributũ. Et cuiuslibet talis exclusiue ꝑdicatũ stat cõfuse ⁊ distributiue subducto quolibet ꝑ bibẽte. vnde bene sequitur tñ sor. ẽ aĩal plato ẽ aĩal ergo pla. ẽ sor. isto ꝓsupposito pono quasdã regulas exclusiuax quibus earũdẽ notitia aliqualiter declaratur. ¶ Prãa regula ẽ ista. Ab exclusiua affirmatiua primi ordinis ad suum vniuersale de terminis transpositis ⁊ ĩterminis rectis est ꝗñia formalis. ꝓbatur. ¶ Nã ĩ omni exclusiua affirmatiua ꝑdicatũ stat cõfuse ⁊ distributiue: ⁊ subiectũ confuse tñ: subducto quocũq; ĩpedimẽto ergo ꝑ exclusiuã affirmatiuã denotat ĩherẽtia cuiuscũq; rei significate ꝑ ꝑdicatũ rei significate ꝑ subiectũ. Et talis inherentia denotatur ꝑ vniuersalẽ affirmatiuã ꝗ terminis trãspositis, ergo ipsa exclusiua ⁊ ipa vlis ꝗuertũtur ⁊ ꝑ ꝗñs regula ꝗa ⁊c.

Contra istam regulã arguitur multiplicit. Et primo sic: nã data regula sequitur ꝙ ista ꝗña est bona demonstrãdo. a. veruz ⁊ b. falsũ: tñ verũ ẽ alterũ istorum qd̃ ẽ vex: ergo vtrũq; istorum qd̃ ẽ verũ est verũ. Et ꝙ ista ꝗña nõ valeat ꝓbo: antecedẽs est verũ ⁊ ꝗñs falsum. igit ꝗña nõ valet. Q. d̃ antecedẽs sit vex ꝓbo ꝑ suas exponẽtes q: verũ ẽ alterum istox ꝙ ẽ verũ ⁊ nullũ nõ verũ est altex istox quod ẽ vex ergo tñ verũ est alterũ istorum qd̃ ẽ verũ: ꝗña patet ab exponentibus ad expositum: ⁊ minor patet quia suuz oppositum ẽ falsũ. Et ꝙ ꝗñs prime cõsequẽtie sit falsũ ꝓbo: sequitur. n. vtrũq; istorum quod est verum ẽ verum: ergo vtrũq; istox ẽ verũ: ꝗñs falsum igitur ⁊ añs. Et ꝗña ꝓbatur. ¶ Nã quelibet singularis añtis infert singularez aliquã cõsequẽtis ⁊ ecõtra. Et cuilibet supposito subiecti correspõdet. vna singularis. Et tot ꝑcise sũt singulares ꝗñtis quot sunt añcedẽtis: ergo cõsequẽtia bona: añs ꝓbat ꝓ prima ꝑte: q: demõstrato. a ista ꝗsequẽtia ẽ bona: hoc istorum quod ẽ verũ ẽ verũ ergo ꝗ istorũ est vex. Similiter demonstrato. b. etiã sequitur: hoc istox ⁊c. ⁊ non sũt plures singulares añtis ⁊ ꝗñtis q̃z. a. ⁊. b. ergo ⁊c. añs ꝓbatur: q: si dicat ꝙ añs nõ habet nisi vnã singular ẽ. s. a.

¶ Contra tunc sequitur ꝙ hoc signũ: vtrũq; posset distribuere pro vno solo: qd̃ videtur icõueniẽs in alijs exẽplis

¶ Secũdo arguitur sic. ista cõsequẽtia nõ vz: tñ verum ⁊ hoc falsũ ꝗdicũt demonstrata illa de⁹ nõ ẽ: ergo omnia contradicẽtia sunt vex ⁊ hoc falsũ. igit regula falsa. Et ꝙ illa cõsequẽtia nõ vz. ꝓbo. q: añs ẽ vex ⁊ ꝗñs falsũ. igit: ꝙ ꝗñs sit falsũ pz. ⁊ ꝙ añs sit vex. ꝓbo. q: vex ⁊ hoc falsum cõtradicunt ⁊ nullum non verum ⁊ hoc falsum ꝗdicunt ergo tñ verum ⁊ hoc falsum contradicunt: pz cõse-

quētia ⁊ maior similiter: ⁊ minor probatur: qr si non det oppositum uidelicet ꝙ aliqd non uerum ⁊ hoc falsuz cōtradicunt. ⁊ seqtur statim ꝙ falsum: ⁊ hoc falsum contradicunt ꝙ ē impossibile. ¶ Tertio arguitur sic. ⁊ suppono ꝙ sor. uideat platonē ⁊ plato etiam seipsum ⁊ nihil aliud uideat platonē. isto posito. ꝶ ꝑña nō ualet. tm̄ sor. qui differt a platone uidet platonem ergo omne uidens platonem ē sor. qui differt a platone: ⁊ ꝶ arguitur per regulam ergo ⁊c. Et ꝙ ista cōsequētia non ualeat ꝓbo. qr añs est uerum ⁊ ꝑñs falsum. ergo. ꝙ ꝑñs sit falsum pz. ⁊ ꝙ antecedens sit uerum. probo. qr sor. qui differt a platone uidet platonem ⁊ nihil nō sortes q differt a platone uidet platonem. igitur tm̄ sor. qui differt a platone uidet platonez: consequentia patet cum maiori. ⁊ minor probat. qa si non detur ergo. qd aliqd non sor. qui differt a platone uideat platonē. ⁊ sit plato. tūc arguitur sic. plato non sor. q differt a platone uidet platonem. ergo sor. non pla. q differt a platone uidet platonez: ꝑñs impossibile: eo ꝙ implicat platonē differre a platone: ⁊ ꝑña probat: qr plato nō sor. ⁊ sor. nō plato cōuertūtur. qr bene sequitur plato nō sor. est: igit sor. nō plato ē. ¶ Quarto arguit sic. ista ꝓsequentia nō valet. tm̄ ꝓpositio vera cuius cōtradictoriū est falsum: ē ꝓpō. ergo oīs propositio ē va cui ꝯdictoriū est falsum: ⁊ ꝶ arguitur ꝑ regulam igit ⁊c. Et ꝙ illa cōsequentia nō valet: ꝓbo. qr ꝑñs ē falsum vt pz ⁊ añs ē verū: ꝙ probo sic. ꝓpositio vera cuius ꝯdictoriū ē falsū ē ꝓpositio ⁊ nulla ꝓpō nō ꝓpō va cuius cōtradictoriū ē falsum ē ꝓpositio: igit tm̄ ꝓpositio va ⁊c. ꝑña pz cū maiori ⁊ minor arguit sic. qr si nō det ergo ꝙ aliqua ꝓpositio nō propositio va cuius cōtradictoriū ē falsū ē ꝓpositio. Et sit ista hō est asinus q̄ sit. a. tūc arguitur sic. a ē ꝓpositio nō va cuius cōtradictorium ē falsū: igitur a est ꝓpositio falsa cuius contradictoriū ē falsū. ꝑña pz qr nō vex ⁊ falsum cōuertunt ⁊ ꝑñs ē falsum vt pz igitur ⁊ añs qd erat probandum. ¶ Quinto arguitur sic. ꝶ ꝓsequētia nō valet: tm̄ homo videt asinum ergo omnis asinus videt hominē: ⁊ ꝶ arguit per regulā igit ⁊c. ꝙ illa ꝑña nō valeat: ꝓbo qr añs ē verū ⁊ ꝑñs falsū: posito ꝙ qlibet hō videat asinū: ⁊ ꝙ qlibet asinus sit cecus pz ⁊c. ¶ Sexto arguitur sic. ꝶ cōsequētia nō valet: tm̄. a. erit verū ergo oē verum erit. a. ⁊ ꝶ arguitur ꝑ regulā igitur ⁊c. Et ꝙ illa ꝑña non valeat ꝓbo. ⁊ pono ꝙ. a. sit illa ꝓpositio: deus ē: que sit ⁊ erit oīs propositio va q̄ post istās ꝑñs nunqz erit. a. isto posito pz ꝙ tm̄. a. erit verum: qr tantum illa ꝓpositio deus ē erit vera ⁊ ipsa ē. a. igitur ⁊c. Et ꝙ cōsequēs sit falsū ꝓbo: qr sequitur omne verū erit. a. ſz ꝶ ꝓpositio deꝰ ē: ē oē verum ⁊ erit omne verū igitur ipsa erit. a. ꝙ ē ꝯ casum. ¶ Septio arguitur sic. non sequitur tm̄ hoc desinit eē verum. ergo oē verū desinit eē hoc. Et ꝶ arguitur per regulā. igit ⁊c. Et ꝙ illa ꝑña nō valeat ꝓbo: ⁊ pono ꝙ. a. ꝓpō nō sit sed añ hoc fuerit va ⁊ ꝙ quelibet propositio que nunc ē vera fuerit vera ⁊ erit vera: isto posito pz ꝙ añs ē verum ⁊ ꝙ ꝑñs sit falsū. probo: sequit omne vex desinit esse hoc igit omne verū iā ē hoc vel prius fuit hoc demōstrato. a. consequēs ꝯ casū. ¶ Octauo arguitur sic. ista cōsequētia ñ vz tm̄ hoiez eē hoiez ē uerū. ergo oē vex ē hoiez eē hoiem ⁊ ꝶ arguitur ꝑ regulā igitur ⁊c. ꝙ illa ꝑña ñ valeat: ꝓbat qr ꝑñs ē falsū vt pz ⁊ añs ē verū qd probo sic: qr ꝶ ꝓpō ē vera: tm̄ homo est homo que ꝑmarie significat tm̄ hominē eē hoiez: igit tm̄ hoiez eē hoiez ē vex. pz ꝑña ab officiātibus ad offitiatum.

Ad hec omnia respondetur. ¶ Ad primum concedo illā ꝑñaz: tātū vex ē altex istox qd ē verū igit vtrūqz istox qd ē verū est verū: ⁊ cōcedo cōsequēs: ⁊ tūc ad ī pbationē quādo īfertur qd vtrūqz istox ē vex: nego ꝑñaz: ⁊ dico ꝙ antecedens non habet tot singulares quot habet ꝑñs: imo subiectum antecedentis solū distribuitur ꝑ. a. ⁊ subiectū consequētis pro. a. ⁊ pro. b. ⁊ quando dicitur ꝙ ē ꝯ naturam illius signi. vtrūqz vt distribuat pro vno solo vt pz in alijs exēplis vz vtrūqz illox currit: vtrūqz illorum est verū. ¶ Dicitur qd non est inconueniens vbi terminus cōmunis distributus restringitur ꝑ aliqd ad determinabile: illd enim determinabile: qd ē verū: restringit illum terminū alterum illorum ꝙ non potest supponere nisi pro illo qd est verū. Ideo non est distributio nisi pro. a: solummō. ſz vbi non ē talis determinatio vt in exēplis alijs ibi necessario distribuit pro duobus. In alijs enim vniuersalibus ē restrictio subiecti ꝑ huiusmōi determiabile: vt ī talib⁹. oīs homo qui est albus currit: nullus homo qui ē niger currit ⁊ sic de alijs. ¶ Ad secundum cōcedo ꝑñaz ⁊ nego antecedēs videlicet ꝙ tm̄ veruz ⁊ hoc falsum ꝯdicūt. Et ad probationem uerum ⁊ hoc falsum contradicunt ⁊ nihil non uerum ⁊ hoc falsum cōtradicūt igit ⁊c. nego cōsequētiā: nec arguitur ab exponētibus ad expositū: ⁊ causa est: qr qñ dictio exclusiua additur alicui termino pluralis numeri uel equalenti respectu uerbi pluralis numeri: tunc signum uniuersale distribuens debet eē pluralis numeri. Ideo tales debent esse secunda exponens nulla non uerū ⁊ hoc falsum ꝯducūt q̄ falsa est: qr rex sedet ⁊ nullus rex sedet ꝯdicūt q̄ nō sūt uex ⁊ hoc falsū demōstrata. illa deꝰ non ē. ¶ Contra istā responsionez arguitur sic. Si aliqua non uerū ⁊ hoc falsum contradicunt. Sint ergo. a. ⁊. b. assignata: tunc arguitur sic. a. ⁊. b. ⁊ hoc falsū cōtradicūt ergo uni duo ꝯdicūt igitur nō tātū unum uni opponitur ꝙ est ꝯ ꝓbm in libro ꝓhier^ae. Itē tātum uerum contradicit huic falso: ergo tantum unum uerum ⁊ hoc falsum contradicunt: qd erat probandum. ¶ Ad istud respondetur ꝙ aliqua non uerum ⁊ hoc falsum contradicunt: ⁊ dico ꝙ illa sunt. a. ⁊. b. nego tamen ꝙ. a. ⁊. b. ⁊ hoc falsum cōtradicūt. qr illa propositio aliqua non uerum ⁊ hoc falsū contradicūt. non sic debet resolui. a. ⁊. b. ⁊ hoc falsū contradicunt ⁊. a. ⁊. b. sunt aliqua non uerum: ex quo totum hoc est subiectum aliqua nō uerū ⁊ hoc falsum. in quo negat totum hoc. uerum ⁊ hoc falsum ꝑ negationē infinitātem: sed sic deberet resolui. a. ⁊. b. contradicunt ⁊. a. ⁊. b. sunt aliqua non uerum ⁊ hoc falsum ergo aliqua non uex ⁊ hoc falsum cōtradicunt: ⁊ sic arguendo concedo consequentiam antecedens ⁊ cōsequens. ¶ Ad aliam formaz nego consequentiam: quia in antecedēte cadit exclusio solum super ly uerum ⁊ in cōsequēte cadit sup ly uerum et hoc falsum: ⁊ sic patet diuersitas. ¶ Ad tertium argumētum principale concedo consequentiam: ⁊ nego ꝙ tātum sor. qui differt a platone uidet platonem: ⁊ ulterius concedo ꝙ plato non sor. qui differt a platone uidet platonez Et tunc ad argumentum quādo infertur ꝙ sor. non plato qui differt a platone uidet platonem: nego consequētiam. eo ꝙ in añte relatiuum refertur ad ly sor. ⁊ in consequente ad ly plato. Et tunc ad probationem dico: ꝙ licet plato nō sor. ⁊ sor. non plato conuertantur: non tamen plato nō sortes qui differt a platone ⁊ sor. nō plato qui differt a platone conuertuntur: propter diuersitatem relationis vt dictum est. ¶ Uel aliter potest dici negando simpliciter ꝙ plato non sor. ⁊ sor. non plato conuertuntur: quia non sequtur: plato non sor. est igitur sor. non plato est: antecedēs. n. esset verum ⁊ consequens falsum supposito ꝙ sor. nō eēt ⁊ sic procedit argumentum. ¶ Ad quartum argumentū concedo consequentiam ⁊ nego antecedēs videlicet ꝙ tātum verum cui falsum contradicit est propositio: ⁊ concedo ꝙ. a. ē propositio non uera cui falsum contradicit. Et tunc ad argumentum cum infertur ꝙ. a. ē propositio falsa cui falsum contradicit: nego consequentiam. Et ad probationem non verum ⁊ falsum conuertuntur. ¶ Respōdeo ꝙ ly non verum ⁊ falsum conuertuntur tamen propositio non vera cuius contradictorium est falsum ⁊ propositio falsa cuius contradictorium est falsum non conuertuntur: ⁊ causa est: quia cum dico. a. est propositio nō vera cuius contradictorium est falsum: illa negatio cadit sup totum sequens: ⁊ significat ꝙ. a. non est propositio vera cuius contradictorium est falsum: quod verū ē: quia suū oppositum est falsum. s. a. est propositio vera cuius contradictorium est falsum. Sed cum dico ꝙ. a. est propositio falsa: cuius contradictorium est falsum. ly falsum non cadit sup aliqd sequēs: vnde ly falsum: ⁊ ly non verum

conuertuntur quando negatio terminatur ad ly verũ : vt sic arguendo hominem esse asinum est non uerum igitur hominem esse asinum est falsum. ¶ Ad quintum nego illam cõsequẽt.ã:tm̃ homo videt asinũ ergo omnis asinus videt hominem:nec arguitur per regulam:quia non arguitur de terminis transpositis:sed sic deberet argui.ergo omne videns asinum est homo quod verum ẽ in casu illo. ¶ Ad quintum dico negando consequentiam : q: ly erit vel est terminus mediatus vel imediatus. Si mediatus debet sic argui.tantũ.a.erit verum quo omne verũ est vel erit.a.si ly erit est uerbũ imediatum oportet sic argui ergo omne verũ.a.erit qõ verũ ẽ. ¶ Ad septimũ respondetur consimiliter negãdo cõsequẽtiã:q: nõ arguitur de terminis trãspositis:sed sic deberet argui.tm̃ hoc desinit esse uerũ ergo omne desinens esse uerum est vel desinit esse hoc. ¶ Ad vltimũ dico distinguendo de ly verũ eo ꝙ põt teneri in sensu composito vel in sensu diuiso:prio modo nego consequẽtiã:nec arguit ꝑ regulam:quia añs tunc non est exclusiua ꝛ ꝓpositio ꝏ excluso subiecto. Si ãt ly verum teneatur in sensu diuiso concedo consequentiã: ⁊ nego añs:q: aliquid nõ hominẽ eẽ hominẽ ẽ verum:q: deum esse. Et tunc ad probationem nego consequentiam q: sumendo ly verum in sensu diuiso ꝓpositio non est officiãda:sed exponenda sed deberet concludi ergo verum ẽ tm̃ hoiez eẽ hoiez. ¶ Forte adhuc aliqs dubitaret oñdẽdo ꝙ hec regula nõ est uniuersaliter vera:q: non sequit: tm̃ ens necessario ẽ ens ergo omne ens necessario est ens cõsequens est falsũ vt pz et añs est uerum:q: sue exponẽtes sunt uere:uidelicet ens necessario est ens:⁊ nihil non ens necessario est ens:q: suũ contradictoriũ implicat ꝏ/ dictionez. ¶ Itẽ non sequitur tm̃ substãtia cõtingenter ẽ substantia.igit oĩs substantia cõtingenter ẽ substãtia ꝓñs enim est falsum ut patet:quia deus non contingẽter ẽ substatia ĩmo nec celum intelligentie ⁊ huiusmodi. Et ꝙ añs sit uerũ pz exponendo ut prius. ¶ Respondetur quod ñ determinate noiatis exclusiuis assignãt uniuersales : qm̃ ly cõtingenter ⁊ necessario aduerbialiter sumpta determinare nõ debẽt in uniuersali nisi terminũ quẽ ĩ exclusiua determinant.q: ergo in exclusiua predicatũ determinãt. Ita ⁊ in uniuersali terminũ eundem in subiecto precise. Ideo huius exclusiue tm̃ ens necessario est ens.est ꝗ uniuersalis:omne necessario ens est ens:que uera est: ⁊ similiter huius:tm̃ substãtia cõtingẽter ẽ substãtia. ẽ hec uniuersalis correspondẽs:omne cõtingenter substãtia ẽ substantia que uera est sicut exclusiua.

Secunda regula principalis est ista ab uniuersali de subiecto stãte mobiliter ad exclusiuam affirmatiuã in terminis trãspositis affirmatiue ⁊ in terminis rectis ẽ consequentia formalis:ꝗ regula probatur sicut prima: ponitur ĩ regula ꝙ subiectum talis uniuersalis stet mobiliter propter ponentes exceptiuã:quia non sequitur:omnis homo preter for. currit:ergo tm̃ currens est homo preter for.cũ añs sit exceptiua propria.⁊ cõsequẽs exceptiua in propria:ponitur etiã affirmatiue:quia ab uniuersali negatiua ad nullaz exclusiuã tenet cõsequẽtia.nisi forte gratia materie:aut q: antecedens eẽt impossibile uel consequens necessarium: ponitur etiam in regula ly in terminis rectis.ad denotandũ ꝙ ab vli affirmatiua ad exclusiuã affirmatiuã ĩ terminis obliquis non ualet consequentia:ut sic arguendo : cuiuslibet hominis est caput igitur.tm̃ caput est hominis:pz ꝙ añs est uerum ⁊ cõsequẽs falsum.

Contra istã regulã arguit sic. Ex ista regula sequitur ꝙ ista consequentia foret bona:qualiscũq; homo currit igit: tm̃ currens est aliqualis homo. Et ꝙ ista non ualet probo ⁊ pono ꝙ sint sex homines albi ⁊ sex nigri quorum tres albi ⁊ tres nigri currant ⁊ alij quiescant. Isto posito patet ꝙ consequens est falsum.quia aliquid non currens est aliqualis homo per casum. Et ꝙ añs sit uerum probo : qa aliqualis homo currit ⁊ non est aliqualis homo quin talis currat igitur qualiscũq; homo currit:cõsequẽtia patet cum maiori ⁊ minor arguitur:q: suũ oppositum ẽ falsuz: scilicet aliqualis homo ⁊ talis non currit:quia in isto casu quocũq; homine demonstrato ueruz est talis currit:licz adhuc non curreret. ¶ Secundo arguitur sic. Ista consequentia non ualet:omnis homo currit:omnis homo albus ẽ for.igitur tm̃ for.ẽ homo ⁊ omnis albus : ⁊ hic arguitur per regulam.igitur ⁊c̃. Et ꝙ consequẽtia nõ ualet probo.⁊ pono ꝙ for.sit omnis homo albus. Isto posito pz ꝙ añs ẽ uerum ⁊ consequens falsum: ꝙ consequens sit falsum probo.q: sequitur tm̃ for.est homo : ⁊ omnis homo asinus igitur tantum for.est homo.consequens falsum ⁊ consequentia probatur a toto copulato ad alteram eius partem. Et ꝙ añs sit uerum probo.quia hõ ⁊ oĩs homo albus ẽ for.⁊ nihil est homo ⁊ omnis homo albus quin illud ẽ for.igitur:omnis homo ⁊ omnis homo alb? est for.pz consequentia ab exponentibus ad expositum ⁊ antecedens est uerum similiter vt patet. ¶ Tertio arguitur sic:ꝗ consequentia non ualet:omne ens cui falsum cõtradicit est uerum igitur:tantum uerum ẽ ens cui falsũ ꝏdicit:⁊ ꝗ arguitur per regulã igitur ⁊c̃. Et ꝙ illa ꝓña non ualeat ꝑbo.q: añs ẽ uerũ ut pz ⁊ ꝓñs ẽ falsũ:probo:quia sequitur tm̃ nez est ens cui falsum cõtradicit.igitur tm̃ uerum ẽ cui falsum contradicit:pz cõsequẽtia:eo ꝙ ly ẽ ens ⁊ ly est cõuertuntur:⁊ consequẽs ẽ falsũ : probatur aliqd non uerum ẽ cui falsũ cõtradicit igitur.añs sic:aliquid non uerum ẽ ⁊ cuilibet uero falsum cõtradicit igitur ⁊c̃. Sil' aliquid nõ uerum cui falsum contradicit ẽ ergo aliquid nõ uerum est cui falsum contradicit. ¶ Quarto arguitur sic hec consequẽtia nõ ualet:oẽs hoĩes sil'es quorũ unus est for.sunt tres.ergo tm̃ tres sunt hoĩes similes quorum un? est for.⁊ arguitur ꝑ regulam igitur ⁊c̃. Et ꝙ ꝓña nõ ualeat ꝑbo:⁊ pono ꝙ for.⁊ plato ⁊ cicero sint omnes hoĩes albi ⁊ similes sed sint m'lti alij nigri ⁊ similes.scz.a.b.c.d. quo posito:patet ꝙ antecedens est uerum. Et ꝙ ꝓseqns sit falsum probo.quia aliq nõ tres sunt homines similes quorum unus ẽ sortes:probo:q:.a.b.c.d. sunt homines similes:⁊.a.b.c.d.sunt aliq non tres quorum unus ẽ for. ergo aliq nõ tres quoz unus ẽ for.sunt hoĩes sil'es:⁊ ꝑ cõsequẽs aliqui nõ tres sũt hoĩes sil'es quoz unus est for. ¶ Quinto nõ seqtur oẽs apostoli dei sunt duodeciz igitur tãtũ .12. sunt apl'i dei:⁊ ꝗ arguitur ꝑ regulaz ergo ⁊c̃. ꝙ illa cõsequẽtia nõ ualet.ꝑbo.q: añs ẽ uerũ ⁊ ꝓñs falsum: ⁊ ꝙ añs sit uerũ pz.q: aliqua q̃ sũt oẽs apostoli dei sũt.12. Et ꝙ ꝓñs sit falsum probo:q: aliqua non.12.sunt apostoli dei.igitur nõ tãtũ.12.sunt apostoli dei cõsequẽtia pz ⁊ añs probatur:q: duo apostoli sũt apostoli dei ⁊ ipsi sunt aliq̃ nõ.12.ergo. ¶ Sexto ista cõsequẽtia non ualet:qlibet for. q est.ẽ for.ergo tãtũ for.ẽ qui est:for . probo:q: añs ẽ uez ut patet supposito ꝙ for.sit ⁊ ꝓñs ẽ falsũ.ꝑbo.q: aliqd ñ for.ẽ.qui for.ẽ.igit nõ tm̃ for.ẽ qui for.ẽ.ꝓña pz ⁊ añs ꝑbatur:q: ꝗ ẽ demonstrãdo platonẽ ⁊ ꝗ est aliqd non for. qui for.ẽ ergo. ¶ Septimo arguitur sic.nõ sequitur : oĩs ꝓpositio significat sicut ẽ ergo ꝑcise sicut ẽ significat aliq̃ ꝓpositio.ꝑbo.q: añs ẽ verũ ⁊ ꝓñs falsũ:ꝙ añs sit uerum probo:quia q̃libet propositio significat qcquid sequit ad eam:sed cuz ex qualibet propositione sequuntur infinita uera quorum qõlibet est sicut est igitur. Et ꝙ ꝓñs sit falsum ꝑbo:quia sicut nõ ẽ significat aliqua ꝓpositio igit ñ ꝑcise sicut ẽ significat aliqua ꝓpõ:ꝓsequẽtia pz ⁊ añs ꝑbat. q: sicut nõ ẽ significat hec.homo ẽ asin? ⁊ ꝗ ẽ aliq̃ ꝓpõ ⁊c̃. ¶ Octauo arguitur sic.hec cõsequentia non ualet.quilibz homo est unus solus homo igitur tm̃ unius solus hõ est homo:quia antecedens est uerum ⁊ ꝓñs falsum.probo. quia aliquid non unus solus homo est hõ:probo:quia ꝗ mulier est homo.⁊ ꝗ mulier est aliquid non unus solus homo igitur ⁊c̃.

Ad hec omnia respõdetur. ¶ Ad primũ dubitatur ab aliqb? illa: q̃liscũq; hõ currit:an distributio ĩportata ꝑ ly qualiscunq; ferratur in ly homo stans mobiliter uel terminetur in ly qualitate ĩportata:primo modo cõcedunt ꝓñam ⁊ negãt añs:q: tunc eqpollet illi omnis homo aliqua qualitate de

nominatus currit: que falsa est. Et tunc ad probationem illius añtis negãt cõsequentiam: q: ille non sunt eius exponentes: sed iste aliqualis homo currit ⁊ non est aliqualis homo quin ille currit: quod negatur in casu posito. Si ãt distributio terminetur in ly qualitate tunc negant principalem cõsequentiam ⁊ concedunt antecedens: quia tũc equipollet isti omni qualitate denominatus homo: currit. Et fm istum intellectum exponentes date inferunt illud antecedens: ⁊ tunc exclusiua vniuersalis erit ista: tm̃ qualitas qua denominatur homo currẽs est aliqua qualitas ⁊ hoc est verum. ¶ Mihi tamen videtur fm ꝙ alias ostẽdam ꝙ non teneatur nisi primo modo. Ideo debet sic exponi. Aliqualis homo currit: ⁊ non est aliqualis homo qn ille currit: que falsa est. ¶ Ad secundum dubitatur iteruꝫ illa. omnis homo ⁊ omnis homo albus est sor. eo ꝙ pria distributio potest cadere solum super ly homo vel super totum illud: homo ⁊ omnis homo: primo modo concedo consequentiam ⁊ nego antecedens. Et ad probationẽ dico ꝙ ille non sunt eius exponentes: sed iste: homo ⁊ ois homo albus est sor. ⁊ nihil est homo quin illud ⁊ omnis homo albus est sor. quod falsum est. Si autem distributio cadit super totum compositũ concedo ite rum consequentiam ⁊ consequens. Et ad probationem nego consequentiam. Et cum dicitur a toto copulato ad alteram eiꝰ partem tenet consequentia: verum est si copulatum non precederet signum habens vim confundendi: sed in proposito precedit ly tm̃. ¶ Ad tertium concedo ꝯsequentiã ⁊ consequens. Et tunc ad argumentum: tm̃ verum ẽ ens cui falsum contradicit. igitur tm̃ verum est cui falsum cõtradicit. nego consequentiam. ⁊ dico ꝙ non contingit semper arguere a ly est ens ad ly est: ⁊ hoc accidit quando relatiuum subsequitur quod refertur in vna ad ly ens ⁊ in alia ad alium terminũ: qualiter est in proposito: q: in vna refertur ad ly ens tanq̃ ad suum proximum antecedens ⁊ in alia ad ly verum quare magne diuersitatis ẽ. ¶ Ad quartum concedo illam consequentiam: omnes homies similes quorum vnus est sor. sunt tres. ergo tm̃ tres sunt homines similes quorum vnus est sor. Et tunc ad ip: probationem nego ꝙ aliqui non tres sunt homines sil̃es quorũ vnus est sor. Et tunc ad probationem nego vltimam consequentiam: quia in antecedente relatiuum refertur ad ly tres ⁊ in consequente ad ly homines similes. ¶ Ad quintum dubito illam consequentiam: an ly omnes teneꝯ collectiue vel diuisiue. Si diuisiue concedo consequentiam: ⁊ nego antecedens: ⁊ tunc ad probationem antecedentis nego consequentiam. Si autem ly omnes tenetur collectiue nego consequentiam: ⁊ hoc fuit satis exclusum in regula: cum dicebatur ꝙ subiectum vniuersalis debet stare mobiliter qualiter non est in proposito: quia subiectum stat imobiliter cum sub eo non contingat descendere quare ⁊c. Signum. n. affirmatiuum tm̃ collectiue sumptum habet vim ĩmobilitandi quare ⁊c. ¶ Ad sextum dico ꝙ non arguitur per regulam sed sic debẽt argui quilibet q est sor. est sor. ergo tãtum sor. est sor. qui est. ¶ Ad septimum dico consimiliter negando consequentiam: nec arguitur per regulam: quia non arguitur de terminis transpositis. sed sic deberet argui: omnis propositio significat sicut est: ergo precise significãs sicut est. est aliqua propositio: ⁊ hoc est verum. vt patet per exponentes. ⁊ sic non procedit argumentum. ¶ Ad vltimum nego consequentiam: sed bene sequitur tm̃ vnus homo est homo masculus vel tm̃ vnus homo est aliquis homo: quia sicut restrĩgitur ly homo in antecedente pro masculo solum ita deberet restringi ĩ ꝯñte si ꝯña dꝫ tenere ꝑ regulã q̃re ⁊c.

Tertia regula est ista: ab exclusiua ad quãlibet suarum exponentium est consequentia formalis.

Contra hec consequentia non valet: tm̃ non ois homo est homo igitur non omnis homo est homo. Et ꝶ arguitur per regulaꝫ ergo: ꝙ illa consequentia non valeat. probo: quia antecedens ẽ verum ⁊ consequens falsum. ergo consequentia non valet: ꝙ atecedens sit verum. probo: quia omnis homo est non omnis homo. ergo tm̃ non omnis homo est homo patet consequentia ab vniuersali ad suam exclusiuam ⁊c. ⁊ ꝙ consequens sit falsum. probo: quia suum oppositum est verum: videlicet omnis homo est homo. Sed ꝙ ibi arguatur per regulam probo. quia ab exclusiua ad suum preiacens est consequentia bona. Sed illa non omnis homo est homo est preiacens illius tãtũ non omnis homo ẽ homo igitur ⁊c. Et ꝙ sit preiacens illius patet: quia preiacens exclusiue dicitur esse illud totum ꝙ remanet dẽpto signo exclusiuo sed sic ẽ in proposito igitur ⁊c. ¶ Secundo arguitur sic. ꝶ consequentia non valet. tm̃ animal ẽ hõ ergo nihil non animal est homo: ⁊ ꝶ arguitur per regulã ergo: ꝙ illa consequentia non valeat. probo: quia antecedens est veruꝫ vt patet: ⁊ consequens falsum: probo: qa sequitur nihil non animal est homo igitur omne ens animal est homo: patet consequentia per illam regulam negatio post posita facit equipollere suo cõtrario: ⁊ cõseq̃ns est falsum vt patet igitur ⁊ añs. ¶ Tertio arguit̃ sic: hec consequentia non valet: tm̃ verum vel falsum est propositio ergo nihil non verum vel falsum est propositio: ⁊ hic arguitur per regulam ergo ⁊c. ꝙ consequentia nõ valeat probo: quia antecedens est verum ⁊ consequens falsum ergo: ꝙ antecedens est verum. probo: quia omnis ꝯpositio est vera vel falsa. Et ꝙ consequens sit falsum: probo: quia aliquid non verum vel falsum: est propositio: probatur aliquid non verum est propositio igitur aliquid nõ verum vel falsum est propositio: patet consequentia a parte disiuncti ad totum disiunctum. ¶ Quarto ex regula sequitur ꝙ hec consequentia sit bona. tantuꝫ. a. desinit esse verum: ergo nihil non. a. desinit esse verum ⁊ ꝙ non valeat probo. Et pono ꝙ. a. desinat esse verum per positionem de presenti ⁊. b. desinat eẽ verum. ⁊ desinat esse ꝑ remotionem de presenti: isto posito pꝫ ꝙ ꝯñs ẽ falsũ. quia aliqd non. a. desinit esse verũ: ꝓbatur. b. desinit eẽ verũ. ⁊. b. ẽ aliquid non. a. vel desinit esse aliquid non. a. ergo. Et ꝙ antecedens sit verum probo: quia omne desinens eẽ verum est. a. ergo tantum. a. desinit esse verum: patet consequentia ab vniuersali ad suam exclusiuam ergo ⁊c. ¶ Quinto ista consequentia non valet: tantũ homo ẽ animal igitur homo est animal: ⁊ nihil non homo est animal ⁊ ꝶ arguitur per regulam ergo: ⁊ ꝙ non valet ꝓbo: ⁊ pono ꝙ exclusio solum terminetur ad ly homo: isto posito patet ꝙ illa consequentia non valet quia antecedens ẽ verum ⁊ consequens falsum: patet: ⁊ ꝙ añs sit ueruꝫ ꝓbo. quia aliquid tm̃ homo est animal. Similiter aliquod animal tantum homo est.

Ad hec omnia respondeꝯ. ¶ Ad primuꝫ nego consequentiam: nec arguitur ab exclusiua ad suum preiacens: quia in exclusiua ly non tenetur infinite ⁊ in consequente tenetur negatiue. Et vlterius cum dicitur ꝙ preiacens exclusiue est illud q ꝗ remanet dẽpta dictione exclusiua concedo. Ideo dico ꝙ ly non omnis homo est homo: est preiacens exclusiue: ⁊ ly non omnis homo est homo. non est preiacẽs exclusiue: primum patet quando ly non tenetur infinite. ⁊ secundum patet quando tenetur negatiue. Et si queritur quomodo ergo debet argui ab illa exclusiua ad suum ꝑiacens. dico ꝙ hoc non est possibile sed bene possibile ẽ ꝙ arguatur ab vna exclusiua ad vnam propositionem conuertibilem cum preiacente eiusdem sic arguendo tm̃ non omnis homo est homo. ergo aliquid non omnis homo ẽ homo: vbi ly non equaliter tenetur infinite inconsequente sicut ⁊ in antecedente. ¶ Ad secundum concedo conseq̃ntiam ⁊ consequens: Et ad probationem consequentis nego consequantiam. Et tunc ad regulam equipollentiaruꝫ dico ꝙ regula intelligitur quando negatio imediate sequitur terminum distributum. ſ. subiectuꝫ vniuersalis. et ꝙ etiam teneatur negatiue ⁊ non infinite: sed sic non est in ꝑ posito: primo q: negatio tenetur infinite. secundo q: nõ sequitur imediate subiectuꝫ: imo ponitur inter partes subiecti. ¶ Ad tertiũ cõcedo ꝯñtiã ⁊ cõsequẽs ⁊ nego ꝙ ali-

quid non verum uel falsum est propositio. Et tunc ad p/ bationem aliquid non verum est propositio ergo aliquid non verum vel falsum est propositio: nego consequentiã: sicut non sequitur. Non homo est asinus igitur non ho/ mo vel asinus est asinus. Similiter etiam non sequit: omis homo est hõ. ergo omnis hamo vel asinus est homo da to q distributio distribuat totum disiunctum. Tunc ad p bartonem dico q regula intelligitur: quando dictio habẽs vim confundendi non precedit disiunctum modo in pro/ posito illa negatio non: precedit disiunctum. ¶ Ad quar/ tum dicitur concedo consequentiam ⁊ nego antecedens in casu illo. Et tunc ad probationem antecedentis: omne desinens esse verum est. a. igitur tantum. a. desinit eẽ ver nego consequentiam: quia subiectum antecedentis nõ stat ampliative sicut subiectum consequentis. quia in antece/ dente subiectum supponit respectu huius verbi est non ampliativi ⁊ in consequente supponit subiectum respectu huius verbi desinit ampliativi. ¶ Ad vltimum concedo consequentiam. Et ad ip̃robationem admitto casuz: ⁊ di co q illa consequentia non valet: quia antecedes est verũ ⁊ ꝯsequens falsum. nec arguitur per regulam: quia ante/ cedens in illo casu non est exclusiua: sed vna propositio de exclusio extremo. Et si arguit sic. antecedens est veruz ⁊ qualitercũq; iam significat prius significabat ⁊ iam est ve rum. igitur prius fuit verum. Sed prius illa cõsequentia erat bona ergo et iam. ¶ Respondeo notando q quali/ tercũq; iam significat prius significabat saltiz primarie: q: iam significat q. aliquod animal est tantum homo qõ est verum: et prius significabat ⁊ asserrebat q omne animal est homo qõ falsum est. ¶ Aliter potest dici non admittẽ do suppositionem. Et si arguitur sic: in ista propositiõe ani mal est tantum homo: exclusio soluz terminatur ad illum terminum homo. Sed qualitercũq; potest terminari apte predicati potest terminari a parte subiecti: negatur. Et si arguat sic exclusio a pte predicati est quidaz modus itel ligendi quẽ itellectus facit ad placitũ sed quãcũq; moduz intelligẽdi potest intellectus facere a parte predicati circa istum terminum homo consimilem omnino potest face/ re a parte subiecti circa eundem terminuz ergo intellect? potest facere exclusionem solum terminari a parte subie/ cti ad illum terminum homo. ¶ Hic dicitur negando cõ sequentiam. Istam dato isto modo arguendi improbare/ tur ista omnis homo est animal ⁊ probaretur ista: nulluz animal est homo: quod est falsum.

Quarta regula est ista. Ab exponentib? exclusiue collectiue sum ptis ad ip̃az exclusiuã ẽ consequẽtia bona ⁊ formalis. Se quitur enim formaliter: homo currit. ⁊ nihil non hõ cur/ rit ergo tantum hõ currit.

Contra istam regulam arguitur sic. Ex ista regula sequitur q hec conse/ quẽtia est bona. Exclusum est exclusum ⁊ nihil non exclu sum est exclusum. ergo tm̃ exclusum ẽ exclusum. Et qõ ista nõ valeat. probo. ⁊ pono q aliquid sit exclusum. Isto posito patet veritas antecedentis. Et q consequens sit fal sum. probo: quia in omni exclusiua vera ⁊ affirmatiua pre dicatum vere dicitur de subiecto ⁊ negatur ab opposito subiecti. Sed in ista exclusiua predicatuz dicitur de oppo sito subiecti igitur ⁊c̃. consequentia patet ⁊ maior est regu la. ⁊ minor probatur: q: oppositum subiecti est exclusum igitur. predicatum dicitur de opposito subiecti. ¶ Secũ/ do arguitur sic. hec consequentia non valet. Sor. currit ⁊ nihil non sor. currit igitur: tantum sor. curret: ⁊ ꝯ arguitur per regulam: igitur ⁊ q non valeat. probo. ⁊ pono q sor tes curret ⁊ q nihil q erit tempore sortis curret ⁊ q post corruptionem ei? generentur noua aialia que currẽt. Isto posito patet q consequens est falsum: quia sua vniuersa/ lis est falsa videlicet omne futurum currens est vel erit sor. Et q ãtecedẽs sit verum: probo. prima pars patet ⁊ secunda probatur. quia nihil aliud a sor. curret igit̃ nihil ñ sor. curret: consequentia probatur: quia sequitur nihil aliõ a sorte curret. ergo nihil non idem sorti curret: consequen tia patet: quia aliud ⁊ non idem conuertuntur. tunc vltra nihil non idem sor. curret igitur nihil non sor. curret. conse quentia patet quia oppositum consequentis repugnat an tecedenti. ¶ Tertio arguit sic ꝯ consequentia nõ valet tu credis q aliquis homo decipitur: ⁊ tu non es non credẽs q aliquis homo decipitur: igitur. tu credis precise q ali/ quis homo decipitur: probo ⁊ pono q tu credas q aliqs homo decipitur. ⁊ cum hoc ita sit q nullus alius a te de/ cipiatur. Isto posito patet veritas antecedentis. ⁊ q con/ sequẽs sit falsuz. probo. quia sequitur tu credis precise q aliquis homo decipitur igitur. aliquis homo decipitur. cõ sequens falsum igitur ⁊ antecedens. consequentia patet: quia oppositum consequentis repugnat antecedenti. Et q consequens sit falsum probatur: quia nullus homo de cipitur: probatur: nullus homo alius a te decipitur p ca/ sum: ⁊ tu non deciperis ergo. maiorem probo: q: quali/ tercũq; credis ita est: probatur tu solum credis q aliquis homo decipitur vt suppono ⁊ ita est q aliquis homo de cipitur per concessum igitur. qualitercũq; ⁊c̃. ¶ Quarto ex regula sequitur q ista consequentia sit bona. Sortes vi det filium suum ⁊ nihil nõ sor. videt filium suum: igit̃ tm̃ sortes videt filium suum. Et q non valeat. probo. ⁊ po/ no q sortes videat filium suum quẽ nemo videat nisi ipse ⁊ q plato videat filium suum quem nemo videat nisi ipe Isto posito pz q añs ẽ verum: prima pars patet: ⁊ secun da probatur: quia nihil non sor. videt filium sor. igitur ni/ hil non sor. videt filium suum: consequẽtia patet q: ly suũ refertur ad ly sor. stãtez discrete. Et q consequens sit fal/ sum probo: quia sequitur tm̃ sor. videt filiuz suum igitur omne videns filium suum: est sor. consequẽtia pz ⁊ conse quẽs ẽ falsuz pro platone: ergo ⁊ antecedens. ¶ Quinto arguitur sic. Ista consequentia non valet. Sicut est credit quilibet istorum ⁊ non sicut non est credit quilibet istoruz ergo precise sicut est credit quilibet istorum. ⁊ ꝯ arguitur per regulam igitur. ⁊c̃. Et q consequentia nõ valeat pro/ bo: ⁊ pono q sor. sit quilibet homo ⁊ plato vna mulier credat sor. solum q deus est ⁊ plato q homo est asinus. Isto posito patet q antecedens est verum tam pro mino ri q̃z pro maiori. Et q consequens sit falsum. probo: quia ab altero istorum creditur sicut non est: ergo non precise sicut est credit quilibet istorum: consequentia patet ⁊ ante cedens probatur ab altero istorum creditur q homo est asinus: igitur ab altero istorum creditur sicut non est: con/ sequẽtia pz ⁊ añs pbat: a platone credit q homo ẽ asin? ⁊ plato ẽ alterum istorum ergo.

Ad ista respondetur ¶ Ad primũ concedo cõse/ quentiam ⁊ consequens. Et tunc ad improbationẽ nego illam consequentiam: oppositũ subiecti est exclusũ ergo. predicatũ vere dicitur de opposito subiecti: q: ly exclusuz vere dicat de ly opposito subiecti nõ tamen vere dicitur de ly exclusum: per idem enim ip̃robaretur hec tm̃ ens est ens que vera ⁊ necessaria est. vnde non sequitur oppo situm subiecti: est exclusum: sed oppositum subiecti: ẽ nõ exclusum ergo. non exclusum est exclusũ. sumẽdo minorẽ materialiter sed bene sequitur igitur. ly non exclusum est exclusum. ¶ Ad secundum admisso illo casu cõcedo con sequentiam ⁊ nego añs pro minori. Et ad probationem nego consequentiam: ⁊ tunc quando arguitur. nihil aliud a sorte curret ergo. nihil non idem sorti curret. dubito con sequentiam: eo q ly non potest cadere super ly. idem pre cise vel super ly idem sorti. primo modo concedo conse/ quentiam ⁊ antecedens. Et vlterius postea non sequitur q nihil non sortes curret: nec oppositum consequentis re pugnat antecedenti. Secundo modo nego consequentiã ⁊ cum dicitur q aliud ⁊ non idem conuertuntur verum est quando negatio terminatur in ly idem. ¶ Ad tertium admisso illo casu concedo consequentiam ⁊ consequens. Et vlterius cum infertur q aliquis homo decipitur con/ cedo: ⁊ concedo similiter q tu deciperis: ⁊ nego q qua/ litercũq; credis: ita est: ⁊ tunc ad probationem tu credis q aliquis homo decipitur ⁊ ita est q aliquis hõ decipi/

tur igitur: nego consequentiam sed oporteret addere i minori ꝙ ille homo quem credis decipi decipitur quod est falsum in illo casu. quia tu nõ credis teipsum decipi ſz alium a te. vnde nõ sequitur: tu credis precise ꝙ aliquis homo currit ⁊ ita est ꝙ aliquis homo currit igitur qualiter cũq; credis ita ē: vt posito ꝙ sortes currat ⁊ plato sedeat credis tu platonem currere. Isto posito patet ꝙ antecedens est verum ⁊ consequens falsum: quia tu deciperis. Ideo deberet sic argui. Tu precise credis ꝙ aliquis homo currit ⁊ ita est ꝙ ille homo currit quem credis currere ergo: consequentia est bona. sed minor est falsa: quia tu credis platonem currere ⁊ non currit. ¶ Ad quartuz cõcedo consequentiam ⁊ consequens in illo casu. Et ad probationem dico ꝙ illa non est eius vniuersalis: quia in exclusiua refertur relatiuuz ad ly sor. ⁊ in vniuersali ad ly videns: vniuersalis ergo illius exclusiue tantum sortes videt filium suum est ista omne videns filium sortis est sor. que vera est. ¶ Ad vltimum admisso isto casu concedo consequentiam ⁊ consequens. Et tunc ad improbationez ab altero istorum creditur sicut non est: dubito istam propositionem: eo ꝙ ly alterum potest esse masculini vel neutri generis: primo modo concedo consequentiam: ⁊ nego antecedens. Et tunc ad probationem nego illam consequentiam a platone creditur sicut non est ⁊ plato est alterum illorum ergo: propter mutationem suppositionis: quia in antecedente tenetur ly alterum in neutro genere. ⁊ in consequente in masculino genere. Si autem ly altero tenetur in neutro genere. nego consequentiam inqua infertur ꝙ non precise sicut est credit quilibet illorum: ex quo in consequente ly alter inclusus in ly quilibet supponit solum pro masculo ⁊ pro masculino genere tenetur quare ⁊c.

¶ De dictionibus exceptiuis.

DE dictionibus exceptiuis restat consequenter dicendũ: cuiusmõi sũt isti termini ⁊ sibi equiualentes preter: preterq̃: ⁊ nisi. quorũ quilibet cathegoricam exceptiuam potest facere. Et differunt in hoc: quia duo primi excipiunt indifferenter a distributione affirmatiua ⁊ negatiua: sed tertius non excipit proprie nisi a distributione negatiua. Unde congrue dicitur omnis homo preter vel preterquam sortes currit: ⁊ nullus homo preter vel preterq̃ sortes currit. Similiter cõgrue dicitur: nullus homo nisi sortes currit. sed incongrue dicitur omnis homo nisi sorter currit. ¶ In omni exceptiua quinq; requiruntur. Primo preiacens exceptiue. Secundo id a quo fit exceptio. Tertio dictio excipiens. Quarto pars excepta. Quinto illud respectu cuius fit exceptio. Preiacens exceptiue dicitur esse illud ꝙ remanet dempta dictione exceptiua cum parte extra capta: vt preiacens illius. Omnis homo preter sor. currit: est ℏ: omnis homo currit. Terminus a quo fit exceptio est subiectum preiacentis vel sibi equiualens: vt ly homo. Dictio excipiens est dictio exceptiua vt ly preter. Pars extra capta est casuale dictionis exceptiue. ut ly sortes. Et illud respectu cuius fit exceptio est predicatum vel equiualens preiacentis: vt ly currens. ¶ Insuper est notandũ ꝙ ille terminus nisi quandoq; tenetur exceptiue quandoq; conditionaliter: exceptiue vt in exemplis predictis: conditionaliter quando coniungit propositiones. Et tunc exponitur per cõditiõales duas: vt impossibile est sor. videre nisi habeat oculum: primo significat: ꝙ impossibile est sortem videre si non habeat oculum. Secundo significat ꝙ si sor. habet oculum possibile est videre ipsum. Et sic exponendo ly impossibile notat modificationem solum terminari in ly sortem videre. Et sic est talis neganda. Si vero inferatur modificatio ĩ vtrãq; compositionez conceditur illa. Impossibile est sortez videre nisi habeat oculum. Et tũc sic exponitur. Impossibile est sor. videre si non est possibile vel si sit impossibile ꝙ sortes habeat oculum: ⁊ si sit possibile ꝙ sortes habeat oculum possibile est sine non est ĩpossibile ꝙ sortes videat. Sed illa dictio preter aliquãdo tenetur exceptiue proprie ⁊ aliquando improprie. Improprie triplicitr tenetur: videlicet negatiue: additiue: ⁊ subtractiue: negatiue: vt sortes preter platonem currit: ⁊ hoc est sortes currit ⁊ plato non currit cum eo: vel sic dicendo sortes potest leuare. a. lapidem preter alterius auxilium vbi capiatur ly preter pro sine. Additiue tenetur cum dicitur sortes debet soluere decem libras preter expensas: vl' cum dicitur ille famulus recepit a domino suo annuatim centum soldos preter vestes: vbi ly preter connotat ad dictionem. Sed subtractiue tenetur cum dicitur. Sortes debet soluere decem libras preter hoc ꝙ soluit: vel decez preter quinq; sunt quinq;. vbi ly preter denotat subtractionem. Et est sensus si a decẽ remoueat quq; remanerent quiq;. ¶ Ad hoc autem ꝙ ly preter teneatur exceptiue proprie quãtuor requiruntur. Primo ꝙ illud a quo fit exceptio sit terminus cõmunis supponens confuse et distributiue. Secundo requiritur ꝙ pars extra capta sit terminus inferior ad eundem terminum a quo fit exceptio. Tertio requiritur ꝙ idem terminus verificet de parte extra capta. Et quarto requiritur ꝙ nõ tot excipiantur quot supponuntur. ¶ Ex primo sequitur ꝙ iste sunt ĩproprie aliquis homo preter platonẽ currit: aliquod animal preter brunellum disputat. ¶ Ex secũdo sequitur ꝙ iste sunt improprie: omnis homo preter omnem hominem currit: omnis homo preter animal currit: omnis homo p̃ter risibile currit: omnis homo preter brunellum currit. ideo non sequitur omne animal preter brunellum currit sed omnis homo est animal igitur omnis homo preter brunellum currit. ¶ Ex tertio sequitur ꝙ iste sunt improprie omnis homo preter antichristũ est animal: nulla chymera preter istam chymeram currit. ¶ Ex quarto ⁊ vltimo sequitur ꝙ iste sunt improprie omnis sol preter istũ solem lucet: nullus sol. preter istũ solẽ lucet.

Jam pro exponentibus exceptiue ē notandum: ꝙ quecũq; exceptiua propria ratione termini exceptiui exponenda exponi debet ſm exigentiam termini exceptiui. Aliter enim expõitur propositio exceptiua p̃mi ordinis ⁊ aliter exceptiua secundi ordinis.

Propositio enim exceptiua primi ordinis ē illa in qua termin? a quo fit exceptio ⁊ pars extra capta ponuntur in eadem parte orationis vt omnis homo preter sor. currit: nihil nisi de? scit omnia. Preter sor. nemo currit. nemo preter sortem currit: nec refert si pars extra capta precedit terminũ a quo fit exceptio vel subsequitur imediate dũmodo ponantur in eadem parte propositionis.

Propositio exceptiua secundi ordinis dicit̃ esse illa in qua terminus a quo fit exceptio ⁊ pars extra capta non ponuntur ex eadẽ parte propositionis: immo inter ea mediat copula principalis vt omnis homo currit preter sor. nemo scit omnia nisi sor. De his oĩbus successiue descendendo dicam. Et primo de exceptiua affirmatiua primi ordinis vnde generaliter loquendo quelibet exceptiua affirmatiua primi ordinis per tres propositiones est exponenda quarum. Prima debet esse negatiua in qua illud respectu cuius fit exceptio negatur a parte extra capta. Secunda debet ē vna affirmatiua in qua terminus a quo fit exceptio affirmatur de parte extra capta. Tertia erit preiacens exceptiue addendo illi a quo fit exceptio oppositum termini extra capti. verbi gratia. Ista propositio: omnis homo preter sortem currit exponitur sic: sor. non currit ⁊ sortes est homo ⁊ omnis homo non sortes currit. Similiter illa tu uides omnem hominem preter sor. Exponitur sic. tu non uides sor. ⁊ sor. est homo ⁊ tu vides omnem hominem nõ sor. ¶ Unde est notandum ꝙ negatio infinitans terminũ extra captum infinitabit in comparatione ad uerbum ut sic dicendo: omnis homo non albus currit: infinitabitur ille terminus non albus pro omni homine qui est vl' qui erit

albus:ita ꝙ sequitur omnis homo non albus curret ergo omnis homo qui est vel qui erit non alb⁹ curret. Et si ois propositio non vera potest esse falsa:tunc omnis propositio que potest esse non vera potest esse falsa ⁊ sic de alijs. Notanter dico ꝙ propositio exceptiua primi ordinis debet habere tres exponentes:quia si non haberet nisi duas sequeretur ꝙ aliqua esset consequentia formalis que aliquando non valebit sic significãdo:probo: ⁊ capio istaꝫ exceptiuam propriaꝫ omnis homo preter sor. currit. supponendo ꝙ sortes sit non currens ⁊ omnis homo nõ sortes currat:deinde si sibi sufficiunt due exponentes assigno istas que a valentioribus dãtur:sortes nõ currit ⁊ omnis homo non sor. currit:tunc arguitur sic. Iste sunt exponentes sufficientes illius exceptiue date ⁊ cum ab exponentibus oib⁹ ad expositũ sit ꝑ̃ formal'. seqt̃ ꝙ ista ē ꝑ̃ formalis. Sortes non currit ⁊ omnis hõ non sortes currit ergo omnis homo preter sor. currit: ⁊ tamen certum est ꝙ aliquando non valebit. scilicet post corruptionem sortis: quia tunc exceptiua illa non erit propria cum pars extra capta non erit suppositum singulare illius termini homo quia qua ratione illa tunc esset propria eadem ratione et ista omnis homo preter antichristum est animal est modo propria: ⁊ sic aliqua est exceptiua propria que non repugnat suo preiacenti ꝙ est inconueniens in hac materia. Et ꝙ illud sequitur patet:ꝙ ß est huiusmodi omnis homo preter antichristum est animal:ut patet per exponentes: videlicet antichristus non est animal ⁊ omnis homo non antichristus est animal. ⁊ sic ipsa est vera ⁊ etiam ei⁹ preiacens est vera videlicet omnis homo est animal ergo propositum. ¶ Sed ß dicunt quidaꝫ ꝙ ß omnis homo preter sotes currit sic exponitur. Sortes non currit ⁊ ois homo alius a sorte currit. Et sic ratione illius termini alius non sequitur inconueniens deductum. ¶ Sed contra ex ista responsione sequitur ꝙ aliqua exceptiua est falsa cuius quelibet exponens est uera:probo ⁊ pono ꝙ nulla mulier currat. nec sortes masculus: ⁊ ꝙ quilibet alius masculus currat. Isto posito patet ꝙ hec est falsa:omnis homo preter sorteꝫ currit:quia nulla mulier currit: ⁊ ois mulier est homo non sor. ⁊ tamen quelibet exponens est vera:prima est vera vt patet. Secunda similiter:quia alius a sor. currit. ⁊ non est homo alius a sorte quin ille currat. ¶ Forte propter illud argumentum dicitur ꝙ illa secunda exponens non sufficienter datur:sed talis debet esse:omnis homo aliud a sorte currit: vel omnis homo differens a sorte currit. Et sic non seqtur illud icõueniẽs.

Contra istam responsionem arguitur sic: per idem sequitur ꝙ ß:nihil preter sor. currit ⁊ quecũq; exceptiua debet exponi consimiliter ratione alietatis vel differentie: vt sortes currit et nihil aliud a sor. currit. ¶ Sed contra ex ista sequitur ꝙ ß consequẽtia est bona sortes curret ⁊ nihil aliud a sorte curret. ergo nihil ꝑter sor. curret. Et ꝙ nõ valeat probatur: ⁊ pono sicut alias posui ꝙ sor. curret ⁊ nihil qõ erit tẽpore sortis curret:sed ꝙ post corruptionẽ sor. alia aialia q̃ erũt currẽt isto posito:pz veritas añtis. Et ꝙ consequẽs sit falsum:probo:quia sequitur nihil preter sorteꝫ curret igitur tantum sortes curret:consequens est falsum:quia non oia currentia erunt sortes:ergo ⁊ antecedẽs. ¶ Similiter ex ista responsione sequitur ꝙ nullum instans preter illud instans erit demõstrato vno instanti futuro:quod est manifeste falsum. Et ꝙ ß sequitur patet: quia hoc instans erit ⁊ nullum istans aliud ab hoc erit quod verum est vt patet intuenti ¶ Sed forte dicitur ꝙ licet expositio talis non teneat cum verbo de preterito vel de futuro tamen bene tenet cum verbo de presenti.

Contra istam responsionem adhuc arguitur: ⁊ pono ꝙ. a. desinat eẽ ⁊ desinat esse verum per remotionem de presenti. ⁊ ꝙ. b. incipiat esse ⁊ desinat esse verum per positionem de presenti. Et ꝙ nulla propositio incipiat vel desinat esse vera nisi. a. vel. b. Isto posito ista consequentia non valet. a. desinit esse verum: ⁊ nihil aliud ab. a. desinit esse verum. ergo nihil preter. a. desinit esse verum. Et ꝙ non valeat patet:quia antecedens est verum:ex quo. b. non est nec desinit esse aliud ab. a. Et ꝙ consequens sit falsum patet: quia sua exclusiua est falsa tantum. a. desinit esse verum: ex quo non omne quod desinit esse verum est vel desinit esse. a. Exponendo exceptiuam primi ordinis vt prius dicebatur sequitur impossibilitas talium propositionum. omnis homo preter sortem ⁊ platonem currit:omnis homo preter istos duos homines est ĩ anglia:omne animal preter omnem hominem currit. Et ꝙ quelibet illarum sit impossibilis. probo:quia sequitur omnis homo preter sortem ⁊ platonem currit:ergo omnis homo non sortes ⁊ plato currit: ⁊ sortes ⁊ plato est homo:patet consequẽtia ab exceptiua affirmatiua ad duas suarum exponentium. Tunc vltra omnis homo non sor. ⁊ plato currit: ⁊ sortes ⁊ plato est homo igitur sortes est homo non sortes ⁊ plato: ⁊ per consequens ipse currit cuius oppositum ponit prima exponens. Eodeꝫ modo potest argui de platone ꝙ ipse currit. ¶ Impossibilitas secunde propositionis consimiliter probatur:quia sequitur:omnis homo p̃ter istos duos est in anglia:igitur isti non sunt in anglia et omnis homo non isti duo est in anglia ⁊ cum quilibet istorum sit homo non isti duo: sequitur ꝙ quilibet istorum est in anglia ꝙ repugnat prime exponenti. Consimiliter improbatur tertia propositio: sequitur enim omne animal preter omnem hominem currit. ergo omne animal non omnis homo currit. Tunc vltra omne animal non omnis homo currit. Sed omnis homo est homo non omnis homo. ergo omnis homo currit:cuius oppositum ponit imediate prima exponens exceptiue:

Propositio exceptiua affirmatiua secundi ordinis est cõsimiliter per tres propositiones exponenda quarum prime due sũt sinonime cuꝫ prioribus: ⁊ tertia est preiacens exceptiue: addẽdo illi termino respectu cuius fit exceptio oppositum termini extra capti. verbi gratia: hec propositio omnis homo currit preter sortem sic exponitur. sortes non currit: ⁊ sortes est homo: ⁊ omnis homo est currens non sortes. Ex quo patet ꝙ ipsa est impossibilis:quia ex vna exponẽtium:sequitur formaliter contradictorium alterius:sequitur enim omnis homo est currens non sortes sed sortes est homo per secundam exponentem:igitur sortes ē currens non sortes:quod repugnat prime ⁊ secunde exponenti:probatur:quia sequitur sortes est currens non sortes: Igitur sortes ē currẽs ⁊ sortes ē ñ sortes quare ⁊c̃.

Propositio exceptiua negatiua primi ordinis est etiam per tres exponentes exponenda quarum prima est uera affirmatiua in qua illud respectu cuius fit exceptio affirmatur de parte extra capta. Secunda est vna propositio affirmatiua in qua oppositum termini extra capti affirmatur de illo a quo fit exceptio vel saltem est vna propositio de secundo adiacente in qua hoc verbum predicatur de termino aggregato ex illo a quo fit exceptio ⁊ opposito termini extra capti. Tertia exponens debet esse preiacens exceptiue addendo termino a quo fit exceptio oppositum termini extra capti. verbi gratia: hec nullus homo preter sorteꝫ currit: sic exponitur: sortes currit ⁊ aliquis homo non sortes est: ⁊ nullus homo non currit. Ex quo patet statim ꝙ hec est im propria ⁊ falsa. Nullus sol preter istum solem lucet:eo ꝙ secunda exponens est falsa. videlicet aliquis sol non iste sol est:quia iste sol est omnis sol: vnde non sequitur:nihil preter istum solem lucet ergo nullus sol preter istum solem lucet. Sed oporteret sumi in minori ꝙ aliquis sol non iste sol. est vel aliquis sol non est non iste sol quod est falsum. ¶ Item non debeo tibi nisi in vno denario exponitur sic ego debeo tibi in vno denario ⁊ aliquis non vnus denarius est ⁊ ego nõ debeo tibi in aliquo non vno denario. igitur ⁊c̃. Et isto modo posset concedi ꝙ debeo tibi in uiginti denarijs: et

tum en non teneo: tibi nisi in vno denario. Item sortes nõ fecit platoni nisi bene: exponitur sic. Sortes fecit platoni bene ⁊ aliquid non bene vel non bonum est: ⁊ sortes non fecit platoni aliquid non bene vel sortes non fecit platoni aliquo modo quo modo non fuit bene. ¶ Sed bene caneas vt in principio dicebatur quando fit exceptio ratione expositionis conditionalis quia tunc non est seruãdus consimilis modus exponendi: ymo solet exponi cuz conditionalibus quax vna est ex opposito añtis ad oppositũ consequẽtis alterius: vt ℔ sor. decipitur nisi ipe decipiatur exponitur sic: si sortes non decipitur sortes decipitur ⁊ si sortes decipitur sortes non decipitur. ¶ Similiter tu male respondes nisi sit ita ꝙ male respondes: exponitur sic. Si sit ita ꝙ male respondes: non male respondes: ⁊ si non sit ita ꝙ male respondes male respondes. ¶ Similiter non dabo tibi denarium nisi venias ad me: exponitur sic. Si venias ad me dabo tibi denarium: ⁊ si non venias non dabo tibi denarium: sic tamen ꝙ ly si non sumitur ita stricte pro nota consequentie: quia sic omnes tales condictionales essent impossibiles. Si bene me doces dabo tibi tantum: ⁊ si non bene me doces non dabo tibi tantum: sed ponitur talis conditio quasi restrictio dicti: verũtamen quamlibet talium posses negare tanq̃ impossibilem dicendo ꝙ quelibet illarum est vna conditionalis falsa ⁊c̃. In talibus enim ab inferiori ad suum superius cum dictione exceptiua non tenet formaliter consequentia. Unde non sequitur: non habebis denarium nisi dicas illam deus est ⁊ ipsa est vera: igitur non habebis denarium nisi dicas verum. Ex prioribus sequitur impossibilitas talium propositionum. Ego non dedi tibi nisi quatuor denarios. Ego non video nisi tres homines In archa noe non fuerunt nisi octo animalia. In mensa christi non fuerunt nisi duodecim apostoli. Ego non durani nisi per istam horam. Ego non pertransibo nisi istud spatium. ¶ Prima enim sic exponitur. Ego dedi tibi quatuor denarios ⁊ aliqua vel aliquid non quatuor denarij sunt vel fuerũt ⁊ ego non dedi tibi nõ q̃tuor dẽarios q̃ repugnat p̃me exponẽti: quia sequit̃ non dedi tibi non quatuor denarios: igitur non dedi tibi vnum denarium: ⁊ per consequens non dedi tibi quatuor denarios. Et sicut improbatur illa prima ita improbatur quelibet aliarum. ¶ Verumtamen posito ꝙ sortes sit sophista geometra musicus ⁊ sic de alijs artibus concedo ꝙ sor. non est nisi sophista quia sortes est sophista ⁊ aliquid non sophista est: ⁊ sortes non est aliquid non sophista: ⁊ hoc est verum licet adhuc sortes sit musicus geometra: ⁊ sic de alijs: qz ipse sophista non differt a se ipso musico nisi forte diceretur ꝙ ratione differt: quia alia est ratio quare ipse ẽ sophista ⁊ alia est ratio qr̃ ipse est musicus ⁊c̃.

Propositio exceptiua negatiua secũdi ordinis habet consimiliter exponi per tres exponentes quarz due dicte sunt in expositione negatiue primi ordinis. Sed tertia exponẽs debet esse preiacens eiusdez addendo illi respectu cuius fit exceptio oppositum termini extra capti: verbi gratia nullus homo currit nisi sortes: sic exponitur. Sortes currit ⁊ aliquis homo non sortes est: ⁊ nullus homo est currens non sortes. Similiter nihil scit omnia nisi deus exponitur consimiliter: deus scit omnia ⁊ aliquid non deus est: ⁊ nihil scit omnia quod nõ est deus ⁊ sic de alijs.

¶ De regulis quibusdam pertinentibus ad propositiones exceptinas.

Isis cuiuscũqz exceptiue tam affirmatiue quam negatiue modis probandi ⁊ exponendi. Restat consequenter: regulas in hac materia particulariter tractare. Et antequam aliqua earum ponatur. Primo sciendus quomodo termini exceptiue supponunt: pro quo tr Primo est sciendum ꝙ cuiuslibet exceptiue aggregatum ex termino a quo fit exceptio ⁊ opposito termini extra capti supponit mobiliter in comparatione ad totum predicatum. Unde sequitur omnis homo preter sortem currit iste est homo non sortes: ergo ille currit. Et sic de alijs. Similiter nullus homo preter sortem currit. Iste est homo non sortes: ergo iste non currit: Et sic de alijs. ¶ Quo ad suppositionem termini extra capti potest regulariter obseruari ꝙ cuiuslibet exceptiue pars extra capta capax non aliunde confusa in comparatione ad terminum respectu cuius fit exceptio stat confuse tantum: vt patet hic: nullum animal preter hominem currit: non enim sequitur ex hoc copulatiue nec disiunctiue ꝙ nullum animal preter sortem currit: vel nullum animal preter platonem currit. Et addo illum terminuz capax quia quandoqz est terminus extracaptus terminus discretus qui non est capax talis confusionis vt hic: omnis homo preter illum currit. Et addo similiter illum terminum: non aliunde cõfusa: quia ratione signi additi ⁊ quandoqz gratia mãe stat terminus extracaptus mobiliter vt patet in istis exemplis. Sequitur enim nullum animal preter omnem hominem currit plato est homo: igitur plato currit: sequitur similiter nulluz animal preter hominem est animal rationale sortes est homo. igitur sortes est animal rationale. ¶ Quo ad suppositionem termini respectu cuius fit exceptio est notandum: ꝙ cuiuslibet exceptiue talis terminus capax non aliunde prohibitus: supponit mobiliter vel in comparatione ad terminum extra captum: vel ad infinitum eiusdem: verbi gratia. In exceptiua affirmatiua supponit terminus a quo fit exceptio mobiliter in comparatione ad infinitum termini extra capti: vt si omnis homo preter sortem currit ⁊ hoc est currens: igitur hoc est non sortes. Sed in exceptiua negatiua supponit mobiliter in comparatione ad terminum extra captum: vt si nullum animal preter sortem currit: ⁊ hoc animal currit: igitur hoc animal est sortes: verũtamen in vniuersali affirmatiua predicatum stat confuse tñ in comparatione ad totum aggregatum ex subiecto preiacentis ⁊ opposito termini extra capti: vt omnis homo preter sortem currit: supponit ly currens confuse tantum in comparatione ad ly homo non sortes. Sed in exceptiua negatiua supponit predicatum confuse ⁊ distributiue in comparatione ad idem aggregatum: vt nullus homo preter sortem currit hac notatione premissa sit. ¶ Hec regula prima: ꝙ omnis propositio vniuersalis in parte vera ⁊ in parte falsa potest verificari per exceptionem partis false vel partium falsarum: vt si hec est falsa omnis homo currit pro sorte poterit verificari talis: omnis homo preter sortem currit. Et si hec falsa: nihil currit: soluz pro sorte verificabitur talis nihil preter sortem currit. Et si talis vniuersalis fuerit falsa pro multis singularibus debet fieri exceptio talium falsorum singularium per disiunctionem vel per terminum partitiuum: quia nimis longum foret numerare singularia falsa: vt patet in istis omnis homo preter sortem vel platonez est philosophus: vel omnis homo preter aliqõ istorum demonstrando mulieres est masculus: vel omnis res intellecta preter illaz que nõ potest esse est possibilis.

Cõtra istam regulam Arguitur sic. Nulla propositio est in sua parte: igitur nulla propositio est i sua parte vera vel falsa. Et si dicitur ꝙ non dicitur in sua parte sed in parte: contra quecunqz vel cuiuscunqz sit illa ps notum est ꝙ illa non est eadem propositio vera vel falsa: nec potest poni ꝙ propositio vniuersalis sit vera in vna sua singulari ⁊ in alia falsa: quia vniuersalis nullo modo est in sua singulari. Similiter etiam aliqua talis propositio est impossibilis: igitur non potest verificari per exceptionem. ¶ Secundo nam data regula sequitur hec conclusio. omnes homines qui sunt rome preter sortem: Vides ⁊ tamen non vides aliquem hominem:

nec aliquos homines: probo ⁊ pono ꝙ rome sunt decẽ ⁊ nouẽ mulieres ⁊ non plẽs quas vides: ⁊ ꝙ inter eas sit sortes masculus quem non vides: ⁊ nullus alius sit rome masculus nisi sortes. Isto posito hec vniuersalis omnes homines qui sunt rome vides est falsa ⁊ hoc solum pro sorte: ergo potest verificari per exceptionem: sed non aliter q̃ sic: omnes homines qui sũt rome preter sortem vides ergo prima pars conclusionis vera ⁊ secunda similr est vera vt patet i casu. ¶ Tertio sequitur hec cõclusio ꝙ nihil preter sor. desinit esse album ⁊ viginti sunt boies albi ⁊ tñ imediate post hoc instãs presens nõ erũt aliqui homines albi: hec pclo sic pbat: ⁊ pono ꝙ decẽ ⁊ nouẽ mulieres sũt albe inter quas sit sor. albus ⁊ ꝙ ñ sint plura animalia alba q̃ ista assignata: ymo nec aliqua alia entia ⁊ ꝙ sor. desinat esse albus ⁊ nulla mulier desinat eẽ alba. Isto posito hec propositio vniuersalis est falsa: nihil desinit esse album: solum modo pro sor. ergo potest verificari per exceptionem sor. sic dicendo sor. desinit eẽ albũ: ⁊ sic habet prima pars conclusionis. Secunda etiam patet ex casu: presupposito ꝙ masculinum genus concipiat femininum in numero plurali: vt cõiter gramatici dicũt. Tertia pars etiam patet: qꝛ imediate post hoc nõ erit aliquis homo albus ergo non imediate post hoc erunt aliqui homines albi.

Ad ista argumenta rñdetur. ¶ Ad primuꝫ dico ꝙ verbaliter concludit verum: qꝛ non est possibile aliquam propositionem esse mixtim verã ⁊ falsam: sed talis est ei⁹ intellectus ꝙ quandocunq̃ est vniuersalis aliqua habens aliquas singulares veras ⁊ aliquas falsas: ex similib⁹ terminis potest fieri exceptiua vera excipiendo illa singularia falsa: non quidem vlis fiat vera: nec ꝙ eius significatum fiat verum sed vna exceptiua sibi correspondens ⁊ sic intelligendo regulaꝫ: argumentuꝫ non procedit. ¶ Ad secundum dicitur breuiter negando consequentiam: ⁊ tũc admisso casu dico ꝙ ꝶ vniuersalis: omnes homines q̃ sũt rome vides: non ẽ in parte vera ⁊ in parte falsa: eo ꝙ nulla eius singularis est vera: quibuscunq̃ enim demonstratis falsum est ꝙ istos qui sunt rome vides: modo vniuersalis simpliciter falsa in qualibet eius singulari non potest verificari per exceptiuam. Ex ista enim exceptiua omnes homines qui sunt in anglia vel rome preter sortem vides sequitur imediate ꝙ aliquos homines vides cuius oppositum ponit secunda pars conclusionis. ¶ Ad tertium cõcedo pclonẽ adductã. ¶ Sed contra primã partem conclusionis arguitur sic: viginti homines desinunt esse albi: ergo falsum est ꝙ nihil preter sor. desinit esse album: consequentia patet ⁊ antecedens probatur: qꝛ viginti homines nunc sunt albi ⁊ non imediate post hoc erunt viginti homines albi igitur ⁊c. consequentia patet ab exponentibus ad expositum. ¶ Huic dicitur negando consequentiam: nec arguitur ab exponentibus ad expositum: qꝛ hec propositio viginti homines desinunt esse albi nõ est exponibilis sed probabilis per suũ singulare vꝫ iste vel ista desinit esse album ⁊ sic vltra vsq̃ ad viginti. Consimiliter respondendum foret si poneretur ꝙ .x. homines videres ⁊ non plures ⁊ ꝙ imediate post hoc tu videbis nouẽ ⁊ nõ plures: tunc isto posito concedẽtur ꝙ solum vnuꝫ hominem desinis videre ⁊ negaretur ꝙ decem desinis videre vel ꝙ .x. desinunt videri a te. Et si argueretur vt prius expositorie negaretur consequentia. ¶ Ad hoc enim ꝙ decem desinas videre requiritur ꝙ qõlibet illoruꝫ desinas videre ꝙ falsum esset in casu illo.

Secunda regula principalis est ista ꝙ omnis exceptiua ꝓpria repugnat sue preiacenti vt omnis homo preter sortẽ currit: ⁊ omnis homo currit. Et causa est quia ex tali exceptiua sequitur oppositum preiacentis formalr. n. sequtur: omnis homo preter sortem currit: ergo sor. non currit: ⁊ sor. est homo: ⁊ per consequens nõ omnis homo currit. Et patet qꝛ duo repugnantia possunt esse simul falsa: vt omne animal preter hominem est rationale ⁊ omne animal est rationale recte: sicut duo contraria sunt simul falsa: vt omne aial est hõ nullũ aial est hõ.

Cõtra istam regulam arguitur multipliciter: ⁊ primo sic: hec propositio ẽ vera tu differs ab omni homine preterquã a te: ⁊ ꝶ etiam est vera tu differs ab omni homine quaruꝫ vna est preiacens ⁊ alia exceptiua ergo ⁊c. ꝙ hec sit vera. Tu differs ab omni homine patet per suas exponentes. Et ꝙ hec sit vera tu differs ab omni homine preterq̃ a te: probo qꝛ tu non differs a te ⁊ tu es homo ⁊ tu differs ab omni homine nõ tu ergo ⁊c. patet consequentia ab exponentibus ad expositũ. ¶ Secundo arguitur sic hec propositio est vera: tu non differs nisi ab asino: ⁊ ꝶ etiam est vera: tu non differs ab aliquo: igitur ⁊c. ꝙ preiacens sit vera patet: qꝛ suum oppositum est falsuꝫ. Et ꝙ exceptiua sit vera probo: qꝛ tu differs ab asino ⁊ aliquid non asinus est: ⁊ tu non differs ab aliquo non asino ergo non differs nisi ab asino pꝫ consequẽtia ⁊ antecedens est veruꝫ: igitur ⁊ consequens. ¶ Tertio arguitur sic ⁊ pono ꝙ cras non videbis sor. sed bene omnẽ alium hominꝫ a sorte: ⁊ ꝙ post cras videbis sor. ⁊ quoscunq̃ alios homines. Isto posito hec propositio est vera tu videbis omnes homines per casum. Et hec similiter ẽ vera tu videbis omnes homines preter sortem: ergo exceptiua ⁊ suum preiacens nõ repugnat. Et ꝙ illa sit vera tu videbis omnes homines probo: quia post cras tu videbis omnes homines igitur ⁊c. ⁊ ꝙ tu videbis omnes homines preter sortem probo: quia cras videbis omnes homines preter sortem igitur ⁊c. consequẽtia patet ⁊ antecedens probatur: quia cras non videbis sortem ⁊ cras sor. erit ⁊ cras tu videbis omnes homines non sor. ergo consequentia patet ab exponentibus ab expositum ⁊ antecedens est verum igitur ⁊ consequens. ¶ Quarto arguitur sic ⁊ pono ꝙ nulla propositio sit aliquid: tunc arguitur sic hec propositio est vera: nihil scitur nisi verum: vt patet. Et hec similiter est vera: nihil scitur: quia solum modo propositio scitur que nihil ẽ vt ponit casus. Similiter hec est vera: ex veris non sequitur nisi veruꝫ per communes regulas. Et similiter hec est vera. Ex veris non sequitur aliquid: quia ex veris non sequitur nisi propositio que non est aliqd: ergo exceptiua ⁊ suum preiacens repugnat ex quo sunt simul vera. ¶ Quinto arguitur sic: ⁊ pono ꝙ sortes ⁊ plato ⁊ cicero sunt omnes homines: ⁊ ꝙ plato excipiatur ab aliquo actu sic ꝙ sedeat ⁊ non disputet: ⁊ excipiatur cicero solum ab actu sedendi: sic ꝙ disputet ⁊ non sedeat: ⁊ pono etiam ꝙ sortes non excipiatur ab aliquo actu sic ꝙ sedeat ⁊ disputet simul: q⁹ posito patet ꝙ hec est vera: omnis homo preter sortem excipitur. Et hec similiter est vera omnis homo excipitur: igit ⁊c. ꝙ preiacens sit vera probo quia omnis homo non sortes excipitur per casum: ⁊ ꝙ sortes excipitur probo: quia sortes ẽ pars extracapta igitur excipit.

Ad hec respondetur Ad ꝑmum concedo illã tu differs ab omni homine preterq̃ a te. Et concedo illã similiter tu differs ab omni homine. Et si arguitur consequenter ꝙ exceptiua ⁊ suum preiacens non simul repugnant: concedo conclusionem de exceptiua impropria: ꝫ de exceptiua propria nego: vnde illa propositio: tu differs ab omni homine preterq̃ a te: est impropria: quia ps extra capta nõ excipit a termino stante ꝓfuse ⁊ distributiue mobilr qõ tñ oportet si exceptiua deberet eẽ ꝓpria patet enim ꝙ ly homine stat confuse tñ vel determinate ratione duorum signorum precedentium. ¶ Ad secundum respondeo negando illam: Tu nõ differs nisi ab asino: Et ad eius probationem nego consequentiam: nec arguitur ab exponentibus ad expositum. sed tertia exponens debet esse ista a nullo non asino differs: qõ falsuꝫ est: qꝛ capra differs ⁊ capra est aliquid non asinus. ¶ Vel aliter potest responderi concedendo illam ⁊ suum preiacens ⁊

ex hoc nihil sequitur contra regulaꝝ: q: talis exceptiua est in propria: eo ꝙ ille terminus aliquo subintellecto nõ stat mobiliter vt prius dicebatur. ¶ Ad tertiũ concedo quãlibet illaruꝝ: Tu videbis omnes homines: ⁊ videbis omnes homines preter sortem. Et si ex hoc infertur ꝙ exceptiua ⁊ suum preiacens sunt simul vera: nego consequentiam: q: illa tu videbis omnes homines: non est preiacẽs illius exceptiue sed illa: cras tu videbis omnes homines ꝙ falsum est: ⁊ causa est q: ista exceptiua tu videbis omnes homines preter sor. non habet immediate exponi ꝯ resolui in duo demõstratiua instantis vel temporis sic arguendo. Cras tu videbis omnes homines ⁊ cras est vel erit aliquando ergo ⁊c. ¶ Ad quartum admisso casu concedo ꝙ nihil scitur nisi verum: ⁊ ꝙ ex veris non sequit̃ nisi verum: ⁊ concedo similiter earum preiacẽtia: sed non cõcedo ꝙ ille sint exceptiue proprie: p⁹ q: pars extracapta non est terminus inferior ad terminũ a quo fit exceptio: quia ly verum sumitur nominalr ibidem ⁊ pro propositione vera: ⁊ dum sic sumitur non est terminus inferior nec superior ad illum terminũ aliquid. ¶ Vel alr dr̃ ꝙ ly verum sit terminus inferior ad ly aliquid tm̃ q: de ipso non verificatur ly aliquid dum⁹ sumatur ꝑ propositione vera. Ideo exceptiua illa est improprie sicut ista: omis suba preter chymeram est: q: ly chymera sit terminus inferior ad ly suba: tamen quia ly suba de eodem non verificatur ideo exceptiua est improprie. ¶ Ad vltimum pro respondetur negando illam tanq̃ ipossibilem omnis homo preter sor. excipitur: ⁊ nego similiter casuꝝ: q: claudit opposita: q: si sor. non excipitur: igitur agit quicquid agit plato ⁊ cicero: ex quo a nullo actu excipitur per casum: ⁊ per cõsequens stat iacet ⁊ ambulat qd̃ ẽ impossibile. Verũtamen admisso casu gratia disputatiõis nego ꝙ omnis homo excipiatur. Et quãdo dicitur omnis homo nõ sor. excipitur: cõcedo: sed nego ꝙ sor. excipitur. Et quãdo arguitur ꝑs extracapta excipitur ꝯ sor. ẽ pars extra capta: igitur excipitur: concedo consequentiam ⁊ nego minorẽ: licet enim ly sor. sit pars extra capta ⁊ excipitur non tamẽ sor. est pars extra capta ex quo pars extra capta non ẽ nisi termin⁹ excepr ꝑ dictionẽ exceptiuã ãre ⁊c.

Tertia regula principalis est ista. Ab exceptiua ꝑpria affirmatiua vl negatiua ad exclusiuam affirmatiuam vel negatiuam aptius assignandam ẽ consequentia formalis: hec regula pz: quia exponentes exclusiue affirmatiue vel negatiue sunt due exponentium exceptiue affirmatiue vel negatiue vt patet intuenti.

Sed contra istam regulaꝝ arguit̃ sic: Ista consequentia non valet: omnis homo preter sor. currit: ergo tm̃ sor. nõ currit: ⁊ ß arguitur per regulam ergo. Et ꝙ consequẽtia nõ valeat ꝓbo: ⁊ pono ꝙ nihil currat nisi homo ⁊ ꝙ sor. non currat sed omnis homo differens a sor. currat. Isto posito patet ꝙ antecedens est verum per suas exponentes. Et ꝙ consequens sit falsum probo: q: sequitur tantũ sor. non currit ergo qlibet nõ sor. currit: q: arguitur ab exposita ad vnam suarum exponentium: ⁊ consequens est falsum ⁊ contra casum igitur. ¶ Secundo arguitur sic ß consequentia non valet: omne ens preter subam est accidens: igitur tm̃ suba nõ est accidens: ergo: antecedens ꝑ bo: q: antecedens est verum vt patet per exponentes ⁊ consequens est falsum: probatur: q: sequitur tm̃ suba non est accidens: igitur tm̃ aliquid non est accidens: consequẽtia patet: q: arguitur ab inferiori ad suum superius dictione exclusiua addita ſbis: q: bene sequitur tm̃ hõ nõ currit igitur tm̃ animal non currit ⁊ sic de alijs: modo ꝓsequẽs est falsum ergo ⁊ antecedens. Et ꝙ consequens sit falsuꝝ patet: q: sequitur tm̃ aliquid non est accidens: igitur qd̃libet non aliquid est accidens: consequens includit contradictionẽ ⁊ consequẽtia pz ab exposita ⁊c. ¶ Tertio arguitur sic: q: ab exceptiua negatiua ad suam exclusiuã affirmatiuam non valet consequentia: q: non sequitur: nullus homo preter sor. currit: igitur tm̃ sor. currit: posito ꝙ sor. currat ⁊ multi asini ⁊ ꝙ nullus homo alius a sorte currit. Isto posito antecedens est verum per exponẽtes ⁊ consequens falsum: q: sequitur: tm̃ sor. currit ergo nihil qd̃ non est sor. currit: qd̃ est contra casum: q: aliquis asin⁹ currit qui est aliquid non sor. ¶ Quarto arguitur sic: Ista consequentia non valet: nullum animal est qd̃lꝫ istorũ preter sor. demonstratis omnibus hominibus: igit̃ tm̃ sor. ẽ qd̃lꝫ istorum ⁊ ß arguitur per regulam igitur ⁊c. Qd̃ cõsequentia non valeat probo: q: consequens est falsum: vt patet ⁊ antecedens verum: probo: q: nec hoc animal ẽ ꝙ libet istorum preter sor: nec hoc animal nec h⁹ nec sic de singulis: igitur nullum animal est qd̃libet istorum preter sor. sil̃r suum contradictorium est falsũ videlicet aliqd̃ aĩal est qd̃lꝫ istoꝝ preter sor. igitur ipsa exceptiua vera. ¶ Ad primum dicitur negando consequentiaꝝ: nec arguitur ab exceptiua ad suam exclusiuam sibi correspondentem sed debet talis inferri exclusiua. de specie humana tantũ sor. non currit: ⁊ hoc est veruꝝ in illo casu: q: de specie humana sor. non currit ⁊ de specie humana quodlibet non sor. currit. Causa autem quare datur talis exclusiua est quia precise pro tot debet fieri exclusio in exclusiua pro quot fit exceptio in exceptiua sed sic non est in proposito: q: in exceptiua ista excipitur a non cursu. Omnis homo non sor. sed in exclusiua excluditur a non cursu qd̃lꝫ nõ sor. ¶ Ad secundum dicitur concedo consequentiam ⁊ consequẽs: Et ad improbationem consequentis nego consequentiã: Et tunc ad regulam dico ꝙ debet intelligi solum in linea predicamentali ⁊ non extra. Ita ꝙ arguendo ab iferiori ad suum superius in terminis transcendentibus non valꝫ ꝓsequẽtia ⁊ h⁹ negatiue: affirmatiue semper valet: sequitur enim tantum homo currit: igitur tantum aliquid currit. ¶ Ad tertium dicitur negando consequentiam nec arguitur per regulaꝝ. q: pro pluribus fit exclusio a parte exclusiue quam fiat exceptio a parte exceptiue. Sed talis debet inferri exclusiua tantum sortes est aliquis homo currens: vel tantũ sor. est homo masculus currẽs. ¶ Ad quartum dubito consequentiam: eo ꝙ in antecedente ly sor. potest excipi ab illo termino ens istoruꝝ vel ab illo termino animal: primo modo nego consequentiam: nec arguitur ab exceptiua ad exclusiuam: eo ꝙ antecedens non est vna exceptiua sed vniuersalis negatiua simpliciter de inesse que per sua singularia vel per suum contradictoriũ hꝫ probari. Secundo modo concedo consequentiam: ⁊ nego antecedens: q: statim sequitur nullum animal ẽ qd̃libet istorum preter sortem: igitur sor. est qd̃libet istorum quod est impossibile. Et tunc ad probationeꝝ dico ꝙ nulla talis exceptiua est per suas singulares probabilis: quia terminus sub quo descenditur stat confuse ⁊ distributiue immobilr: modo sub tali termino non contingit descendere. Ulterius ad aliam probationem dicitur ꝙ nõ recte datur contradictoriuꝝ illius exceptiue: eo ꝙ talis propositio assignata est vna ĩdefinita: modo exceptiue proprie nõ contradictoriantur indefinitis vel particularibus quãadmodum ⁊ alie propositiones de inesse. Ideo cõtradictorium exceptiue debet dari per negationem prepositam toti: vt contradictorium illius omnis homo preter sortes currit ẽ hoc. Nõ omnis homo preter sor. currit qd̃ non significat ꝙ aliquis homo preter sortem non currit: ꝯ significat ꝙ non est ita ꝙ omnis homo preter sor. currit. Eodem modo est dicendum in proposito ꝙ contradictoriuꝝ illius: nullum animal est qd̃libet illorum preter sor. nõ est contradictorium datum sed illud non nullum animal est quodlibet istorum preter sor. qd̃ quidem nulli particulari vel indefinite equipollet.

Quarta regula est ista ꝙ ab exclusiua affirmatiua vl negatiua ad exceptiuaꝝ affirmatiuã vel negatiuam sibi correspondentem cum debito medio est bona consequentia. Sequitur enim tantum homo currit ⁊ homo est aliquid: ergo nihil preter hominem currit. Similiter sequitur: tantum sor. non currit ⁊ sor. ẽ aliqd: igit̃ oẽ ens ꝑter sor. currit. Et notanter dico cum debito medio: q: nõ seqt̃ tm̃ iste sol ẽ

aliquis sol lucens ergo nullus sol preter istũ solem lucet: Antecedens est verũ vt pz ⁊ ꝓñs ip̃rop̃riũ ⁊ falsũ eo ꝙ statim segtur ꝙ aliqs sol nõ iste sol est qõ ē falsũ. Sicr nõ segtur tm̃ chymera nõ est ergo oē ens p̃ter chymeraz ē: q: añs est vez vt pz per eius exponẽtes ⁊ ꝓñs falsuz: q: statim sequit ꝙ chymera sit aliqd: qõ est falsũ. Jn pa eni ꝓña debet sũmi p medio ꝙ aliqs sol non iste sol est. Et in secũda ꝙ chymera est aliqd: ⁊ si sic fieret ꝓcederet q̃lz illarum consequentiarum ⁊ negaretur vtraq; mlor. ¶ Et si queritur quomõ dz vniuersaliter inueniri tale medium dico ꝙ semper sumenda est p̃ro medio secunda exponẽs exceptiue inferrẽde: ⁊ sic arguẽdo ꝓña sp erit bona.

Contra istam regulam arguitur sic ⁊ pono ꝙ .a. sit illa deus est: ⁊ .b. illa hõ est animal: tunc sequitur per regulam ꝙ hec consequentia est bona tm̃ .a istorũ est verum qõ non est .b. demonstratis .a. ⁊ .b. per ly istorum: ⁊ .a. istorum est aliquid ergo nihil preter .a. istorum est verum qõ non est .b. Et ꝙ non valeat probo: q: antecedens est verum ⁊ consequens falsum: ꝙ antecedens ē verum probo: q: omne verum qõ non est .b. est .a. ergo tantum .a. est verum qõ non est .b. patet consequentia ab vniuersali ad suam exclusiuam. Et ꝙ consequens sit falsũ probo: q: sequitur nihil preter .a. istorum est verũ ꝙ nõ est .b. igitur nihil non .a. istorum est verum quod non est .b. ⁊ consequens est falsum: q: aliquid non .a. istorum est verum qõ non est .b. probo: q: .b. istorum est verũ ⁊ .b. est aliquid non .a. ꝙ non est .b. ergo aliquid non .a. istorũ est verum qõ non est .b. ¶ Tertio arguitur sic non sequitur tm̃ hominis est asinus ⁊ homo est aliquid: igitur nihil preter hominem est asinus: cum antecedens sit possibile ⁊ consequens impossibile quia ex ipsis sequitur ꝙ homo est asinus: nec etiam potest dici ꝙ ex eodem antecedente sequatur ꝙ nullius rei preter hominem est asinus: q: adhuc sequitur idem inconueniens. ¶ Tertio arguitur sic: ista cõsequentia non valet: tm̃ sor. curret ⁊ sor. erit aliqd: ergo nihil preter sortem curret ⁊ ß arguitur per regulaz: igitur ⁊ c̃. Et ꝙ illa consequentia non valeat probo: ⁊ pono ꝙ per totum istum annum vsqz ad .b. instans current multa animalia ⁊ ꝙ post .b. istãs nõ curret nisi sor. ⁊ ß bene scies: isto posito consequens est falsum vt patet. Et ꝙ antecedens sit verũ probo: q: tu scies ꝙ tm̃ sor. .s. curret: igit tm̃ sor. curret: ꝓña pz: q: nihil scit nisi verũ si ergo tu scis ꝙ tm̃ sor. curret: igitur verum est ꝙ tm̃ sor. curret: antecedens patet: q: post .b. instãs tu scies ꝙ tm̃ sor. curret. ¶ Quarto arguitur sic: Ex regula sequitur ꝙ illa consequentia est bona tm̃ vnus solus homo est homo ⁊ vnus solus homo est aliquid: igitur nihil preter vnum solũ hominem est homo. Et ꝙ non valeat probo: q: consequẽs est falsum vt patet ex quo mulier est homo ⁊ ipsa est aliquid non vnus solus homo. Et ꝙ antecedens sit verum probo: q: omnis homo est vnus solus homo: igitur tm̃ vnus solus homo est homo: consequentia patet ⁊ antecedens probatur: q: si nõ omnis homo esset vnus solus homo sequerentur multe conclusiones. ¶ Prima est ꝙ tu vides omnem hominem quez plato videt: ⁊ plato videt omnem hominem existentem in illa domo ⁊ tamẽ tu nõ vides nisi medietatem hominuz existentium in illa domo probatur consequentia: ⁊ pono ꝙ in illa domo sint viginti homines quorum decem sint mulieres quas non videas ⁊ decez masculi quos videas videat tamen plato omnes illos viginti illo posito patet conclusio. ¶ Secũda conclusio est ista ꝙ tu non es amicus cuiuslz hominis existentis in illa ciuitate ⁊ tamẽ maxime diligis quẽlibet hominem existentem in illa ciuitate ⁊ a quolz eorum maxime amaris: hec conclusio patet supposito ꝙ tu sis amicus cuiuslz masculi existentis in illa ciuitate a quorum quolibet maxime diligaris ⁊ ꝙ tu sis inimicus cuiuslibet mulieris existentis in eadem ciuitate aquaruz qualibet maxime odiaris isto posito patet conclusio. ¶ Tertia conclusio est ista ꝙ impossibile est aliquem hominem scire .a. propositionem sic significando ⁊ tamen omnis homo scit illam: vt posito ꝙ nullus homo sit ⁊ ꝙ aliqua mulier sciat illã que sit omnis homo: Et sic patet secunda pars conclusionis: prima pars cõclusionis etiam pz eo ꝙ implicat contradictionem aliquem hominem scire illaz: q: sequitur iste homo scit illam ergo aliquis homo est. Et vlterius sequitur ipse scit illã: igit nullus hõ ē: q: nihil scit nisi verũ.

Ad hec omnia respondetur. ¶ Ad p̃mũ concedo consequentiaz: ⁊ consequens in casu illo. Et tunc ad ip̃probationem consequentis nego ꝙ aliquid non .a. istorum est verum qõ nõ est .b. Et tunc ad probationem .b. illorum est verũ ⁊ .b. est aliquid non .a. ꝙ non est .b. igitur aliquid non .a. istorũ est verum qõ non est .b. nego consequentiam: quia in antecedente refertur relatiuum ad ly .a. sed in consequente ad ly verum. Ex illo enim antecedente sequitur solum ꝙ aliquid non .a. illorum ꝙ non est .b. est verum: ⁊ ß conceditur. Et tunc negatur illa exclusiua: tm̃ .a. istorum ꝙ nõ est .b. est verum: cuius vniuersalis est hec. Omne verum est .a. illorum ꝙ non est .b. que falsa ē. Similiter dicẽdũ est respectu taliũ tm̃ tres sunt propositiões vere quarum nulla est .a. posito ꝙ soluz essent quatuor propositiones vere quarum vna esset .a. Consimiliter respondetur ad illam tm̃ tres sunt homines hic intus quorum nullus est sor. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ non sequitur aliquod illorum consequentium: q: sicut in exclusiua subiectũ fuit terminꝰ obliquꝰ ita debet ĩ exceptiua ꝑs extra capta iõ tal exceptiua debẽt inferri nullꝰ rei nisi hois ē asinꝰ. Et si ponẽs oimode vellet habere vnã exceptiuã denominatã aliquã vel preterq̃: resoluatur tunc exclusiua de subiecto obliquo in exclusiuã de subiecto recto. Et per illum modum inuenietur exceptiua denominata aliquã: verbi gratia: hec propositio: tm̃ hominis est asinus: debet sic resolui tm̃ homo habet asinum: cuius exceptiua erit ß nihil p̃ter hominem habet asinum. Et fm istum modũ loquendi potest concedi ꝙ ab exclusiua ad suam vniuersatem ⁊ econtra in terminis obliquis est bona consequentia: quod quidem alias erat exclusum in vna regula exclusiuarum: vnde idem est dicere cuiuslibet hominis asinus currit ⁊ omnis homo habet asinum currentem. Jdeo cũ illa vniuersali cuiuslibet hominis asinus currit conuertitur illa exclusiua tantum habens asinum currentem est homo: ⁊ illa exceptiua nihil preter habens asinum currentem ē homo: cum illa etiam vniuersali: quorũlibet contradictoriorum alteruz est verum conuertitur illa exclusiua tantum habens alteram partem veram est par contradictorioꝝ: ⁊ illa exceptiua nihil nisi habens alteram ꝑtem veram est par contradictoriorum: ß enim vniuersalis omne par cõtradictoriorum habet alteram partem veram conuertit cum illa vniuersali: quorumlz contradictoriorum alteruz est verum: hec etiam vniuersalis. Cuilz homini assimilatur asinus vel obedit bestia: conuertitur cum ista: omnis homo habet similitudinem ad asinũ sibi similez: vel habet bestiam obedientem: ⁊ per consequens talis erit exclusiua: tantum habens similitudinem ad asinuz sibi similem vel habens bestiam obedientem est homo. Et talis sua exceptiua nihil nisi habens similitudinem ad asinum sibi similem vel bestitiam obedientem est homo: ß etiã: omnem hominem videt asinus habet talem omnis homo videtur ab asino. Jtem omnem hominez preter sor. videtur: conuertitur cum illa omnis homo potest videri a sor. Et pz ꝙ ß erit exclusiua secum conuertibilis: tantuz qõ potest videri a sor. potest esse homo. Et ß sua exceptiua nihil nisi ꝙ potest videri a sor. potest eē homo. ß etiã: ab omni asino differt homo conuertitur cum illa; omnis asinus ab homine differt. Cui equiualet ß: tantum ab homine differens est asinus. Et hoc nihil nisi ab homine differens est asinus: hec etiam: omni bruto vtitur homo: cõuertitur cum illa: omne brutum est vsum ab homine: ⁊ patet exclusiua ⁊ exceptiua eiusdez ⁊ sic de ceteris qbuscunqz. ¶ Ad tertiũ p̃ricipale concedo ꝓñaz: ⁊ nego añs in casu illo. Et tunc ad ꝓbationẽ concedo ꝙ tu scies ꝙ tm̃ homo curit: ⁊ ex hoc non sequitur ꝙ tm̃ homo currit. Et

si dicitur: ꝙ nihil scitur nisi verum: concedo: sed iaz tu nō scis ꝙ tuꝰ homo currit vel curret sed bene scies: Ideo iā non est verum ꝙ tuꝰ homo currit: sed bene verum erit ꝙ tuꝰ homo curret. ¶ Ad quartum concedo cōsequentiā: Et vlterius nego ꝙ omnis homo sit vnus solus homo. Et tunc ad probationem concedo omnes cōclusiones ad ductas preter primā pro tertia parte: vz tu non vides nisi medietatē hominū existentium in illa domo. q: tunc sequ tur ꝙ tu non vides aliquid nec aliqua que non sūt medie tas hominū existentium in illa domo qd̄ est falsum: q: tu vides duos homines qui sunt aliqua que nō sunt medie/ tas hominū existentium in illa domo. Si tamē poneret pro tertia parte conclusionis ꝙ tu non vides tot homines quot plato videt vel vides pauciores q̄z plato vel vides decē ⁊ nō plures quā decē: ꝓcederet ꝓclō: ymo iuxta hᵒ ꝓcedit ꝙ mille hoies currūt q ñ ꝑñt moueri supposito ꝙ mille mulieres currant. Concedit similiter ꝙ hō dānabit qui nūq̄z erit dato ꝙ vna mulier dānabitur ⁊ sic de alijs.

¶ De reduplicatiuis.

Postq̄z dictum est de exclusiuis ⁊ exceptiuis restat consequenter dicere de dictionibus re duplicatiuis que sunt inq̄tuz de q̄to: prout: ꝑm ꝙ hoc: ⁊ eis equiualentibus ratione qua rum propositio aliqua dicitur reduplicatiua: licet non semper. Unde ꝗ dictio inq̄tum vel sibi consimilis potest dupliciter teneri negatiue vel positi ue: quando tenetur negatiue: tunc dicit negationez cause inherentie predicati vel subiecti. Et sic ad veritatē talis ꝓ positionis requiritur ꝙ predicatum insit subo ⁊ ꝙ non sit aliqua causa media inter predicatum ⁊ subiectum ratiōe cuius predicatum inest subo. Et illo modo hec est vā: hō inq̄tum homo est homo: vel homo inq̄tum homo est animal rationale: q: homo est animal rationale ⁊ huiᵗ nō est aliqua causa. Et ꝙ ꝗ dictio possit teneri negatiue: pz: quia per pb̄m primo priorum per se ⁊ inq̄tum sunt idē: sed per se quandoq̄z tenetur negatiue: q: dicit negationez cause per linconiensē p̄mo posterioꝝ. Et sic hec est vera homo per se est homo: q: huius homo est homo: nō est aliqua causa. Si vero hec dictio inq̄tum positiue teneat hᵒ potest esse dupliciter: specificatiue vel reduplicatiue: quando tenetur specificatiue tunc determinat id cui addi tur ad certum modū vel rationem concipiendi vel consi derādi: vt pz cum dicitur: ens inq̄tū mobile est subiectū lib. physicorum. Similiter cum dicitur ens inq̄tum ens est subiectū libri metaphisice. In istis enī tenetur ly inq̄ tum specificatiue: q: deterterminat ⁊ specificat id cui ad/ ditur ad certum modum concipiendi vel considerandi: eadem enim res potest multis modis ꝓsiderari vel ꝑz ꝙ suba ē vel ꝑz ꝙ ē mobile ⁊ sic de alijs: qñ. n. ly inq̄tū vel sibi equiualens tenet reduplicatiue adhuc ꝓtigit durpl'r vel gr̄a ꝓcomitantie vel gr̄a cāe gratia ꝓcomitantie: solet cōiter dici ꝙ ꝓpō in qua ponitur habet quatuor exponē tes quaꝝ vna est in qua predicatū principale de subo pri/ cipali predicat: scēa in qua terminus super quē cadit re/ duplicatio predicat de subo principali: tertia in q̄ p̄dicatū principale de termino reduplicato vl'r predicat: quarta ē vna cōditionalis ab illo super quem cadit reduplicatio ad predicatum principale. Et hoc intelligitur in reduplicati/ ua affirmatiua vnde ad veritatē istius: sor. inq̄tuz homo est risibilis reqrit ꝙ sor. sit risibilis quo ad p̄mū: ꝙ sit hō quo ad scēm: ꝙ oīs hō sit risibilis quo ad tertium: ⁊ ꝙ si aliquid est homo illud sit risibile quo ad quartū. Sil'r dr̄ de reduplicatiua negatiua gr̄a cōcomitantie: q: ipsa req/ rit quatuor propōnes ipsam exponentes quaꝝ vna est in qua predicatū principale negatur ā subo principali: scēa ē in qua predicatuz principale negat ab illo super qd̄ cadit reduplicatio vl'r: tertia est in qua terminus reduplicatᵗ af firmatur de subo principali: ⁊ quarta est vna conditiona/ lis in qua ab illo super qd̄ cadit reduplicatio sequit nega/ tio predicati principalis verbi gr̄a. ¶ Ad veritatez istius homo inq̄tū risibilis non est asinus reqrit ꝙ hō nō sit asi nus: ⁊ ꝙ nullū risibile est asinᵗ: ⁊ ꝙ hō sit risibilis: ⁊ si aliquid est risibile ipsū non est asinus. Si aūt ꝗ reduplicatiua affirmatiua reduplicatio fiat gr̄a cause preter dictas qua/ tuor exponentes reqritur 5ª vz ꝙ termio sup quo cadit reduplicatio insit p̄dicatū principale. Et ꝙ iste terminᵗ sit causa predicati: vt hō inq̄tum habet aiam intellectiuā est susceptibilis discipline: preter quatuor dictas habet istam quia hō hz animā intellectiuā est susceptibilis discipline vl' anima intellectiua est cā discipline. ¶ Quando vero redu plicatio in negatiua tenetur gr̄a cāe. Iterū dz habere vnā quintā exponentē preter quatuor predictas: vt ista: hō in/ q̄tum rationalis non est capra vz rationale est causa q̄re homo non est capra. Et sic cōiter dicit de quibuscunq̄z. ¶ Et ꝗz ꝗ sunt bene dicta tamē q: peccatū ē fieri per plura ꝙ potest fieri ꝑ pauciora. Ideo q: tot exponētes frustra ponuntur dico ꝙ omnis reduplicatiua potest per duas propōnes sufficienter exponi: ⁊ anteq̄z regulam ponam primo suppono ꝙ ī ꝓpōne reduplicatiua quatuor reqrū tur. s. preiacens reduplicatiue subiectum preiacentis pre/ dicatum preiacentis: ⁊ illud super pno cadit reduplicatio preiacens reduplicatiue dicitur totum illud qd̄ remanet dempta dictione reduplicatiua cum termino super quo cadit reduplicatio. Sicut sor. inq̄tum homo est risibilis: sor. est risibilis est preiacens ⁊ ly homo est terminus sup quo cadit reduplicatio. Similiter dicēdo sor. est homo in q̄tum est animal: ly sor. est homo est preiacens ⁊ ly aīal est terminus reduplicatus. Similiter dicendo: inq̄tum sor. est homo sor. est risibilis: ly homo ē terminus super quo cadit reduplicatio ⁊ residuum preiacens reduplica/ tiue. Isto notato vel est reduplicatiua negatiua vel affir/ matiua. Si affirmatiua dico ꝙ quelz talis exponenda est per vnam copulatiuā cuius prima pars est affirmatio re duplicati de subiecto principali. s. preiacentis: ⁊ scēa ē vna conditionalis facta a reduplicato ad predicatuz p̄iacētis in comparatione ad terminū transcendentem. Et hoc qua/ litercunq̄z termini sumantur in reduplicatiua sumant in exponentibus: vt omnis homo inq̄tum corpus est sub/ stantia sic exponitur: omnis homo est corpus ⁊ si aliquid est corpus illud est suba. ¶ Sz si ly inq̄tuz connotat cau sam tunc loco conditionalis potest poni talis: vt corpus ī/ q̄tum ignis est calefactiūu: sic exponitur. Corpus ē ignis ⁊ quia corpus est ignis est calefactiūu. Uel breuius dici/ tur ꝙ quando capit causaliter equiualet simplici causali: ex quo patet illam esse falsam. Omne corpus inq̄tuz est ignis est calefactiuū: sicut illa omne animal inq̄tum ē ru/ diale est asinus: vel inq̄tum risibile est homo: vt pz per eiᵗ exponentes: Si autem reduplicatiua fuerit negatiua vel negatio non preponitur immediate dictioni redupli/ catiue vel imediate proponitur. Si vero negatio non pre ponitur dictioni reduplicatiue vel ponitur ante reduplica tiuam vel post. Si antē: ⁊ non cadit super reduplicatiuaz ponatur reduplicatio a parte predicati: vt homo non est asinus inq̄tum est rationalis exponitur sic illa: homo inq̄ tum est rationalis non est asinus: que exponi debet ꝑ vnā copulatiuam cuius prima pars est remotio predicati pre iacentis a subiecto eiusdem ⁊ per conditionalem antece/ dentis affirmatiue reduplicati de subiecto. ⁊ consequētis negatiue p̄dicati de eodē subo: vt homo non ē asinus ⁊ si aliquid est rationale illud non est asinus. Et cōsimiliter ex ponitur oīs reduplicatiua negatiua ī q̄ negatio non cadit super reduplicationez. Si tamen in talibus nullus homo est asinus inq̄tum est capra negatio non cadat in totuz ex ponenda est vt dictum est. Si autem cadit in totum ⁊ su per reduplicationē non habet exponi sed soluz habet cau sas veritatis que sunt contradictorie exponentium redu/ plicatiue sibi opposite. Ex his clare patet ꝙ tales quatuᵒ/ or exponentes superfluūt: q: sequitur tu es homo ⁊ si ali quid est homo ipsum est animal: igit tu es animal ⁊ om/ nis homo est animal. Ideo certum est ꝙ due istarum su perfluunt q̄tum ad illam expositionem multe etiaz sunt reduplicatiue in quibus non sunt tales quatuor exponen/ tes assignande: vt patet de talibus inq̄tum deus est: non idē sit'ē ⁊ nō ē: inq̄tū deᵗ vult me eē ego sū ⁊ sic de alijs.

¶ Circa hoc est notandũ ꝙ in huiusmodi propositionib⁹ in quibus dictio reduplicatiua totaliter precedit non ē seruandus ꝓsimilis modus exponēdi vtrobiq̃: ymo quelibet talis est exponenda per vnam copulatiuam cuius prima pars est affirmatio vl negatio reduplicati ad subiectũ preiacentis. Et secunda est vna conditionalis ab illo super qõ cadit reduplicatio ad predicatũ principale ī comparatione ad subiectum preiacentis: verbi gratia ista inq̃tum sor est homo sor. ē risibilis sic exponitur. Sor. ē homo ⁊ si sor. est homo sor. est risibilis. Similiter ista inq̃tus de⁹ est non simul idem est ⁊ non est: sic exponitur: deus est ⁊ si deus est non simul idem est ⁊ non ē. Similiter illa. In q̃tum deus vult me esse ego sum: sic exponitur: deus vult me esse: ⁊ si deus vult me esse ego sum. Item ꝗ propositio inq̃tum sor. est homo sor. non est asinus sic exponitur: sor. est homo ⁊ si sor. est homo sor. non est asinus. Similiter ꝗ inq̃tũ tu non moueris tu non curris exponitur sic: tu non moueris ⁊ si tu nõ moueris tu non curris. ¶ Hic tamen aliqui dicunt ⁊ probabiliter quãdo talis reduplicatio inq̃tum vel sibi consimilis preponitur toti propositioni tunc tenet rationaliter vel conditionaliter soluz: ita ꝙ non habet duas exponentes sed solum vnam conditionalem cum qua conuertitur vt sic dicendo: inq̃tum pater est filius est: inq̃tum homo currit risibile currit: prima enim conuertitur cum hac conditionali. Si pater ē filius est: secunda etiam conuertitur cum ista: si homo currit risibile currit. Ex his ergo duabus responsionibus eligge sicut placet tibi quelz enī illarũ satis ꝓbabilis ē.

Contra tamen quedam superius dicta arguitur. Nam per illa seqt ꝙ ꝗ esset ꝓcedenda aliqua inq̃tum conueniunt differunt q: aliqua conueniũt ⁊ si aliqua conueniunt ipsa differunt: sed hoc est falsum: q: tunc que magis conuenirent magis different ꝙ est falsum: q: impossibile est ꝙ aliqua conueniunt generaliter ⁊ differant generaliter ⁊ etiam specifice vel numeraliter. ¶ Secundo sequitur per dictas exponẽtes ꝙ talis esset vera ysocheles fm ꝙ ysocheles hz tres angulos equales duobus rectis: q: omnis ysocheles ē ⁊ si aliquid est ysocheles illud habet tres angulos. ¶ Cõfirmatur q: sicut se habet ly homo ad sensibile sic ly ysocheles ad habere tres angulos equales duobus rectis: ergo sicut est verum ꝙ homo inq̃tum est homo est sensibilis sic ysocheles inq̃tuz ysocheles habet tres angulos equales duobus rectis. Cuius tamẽ oppositum dicit philosophus ī prio posteriorum ⁊ si sic positio nulla. ¶ Tertio sequitur ꝙ hec propositio est vera Sor. inq̃tum hõ ē risibilis: q: sor. est homo ⁊ si aliquid est homo illud est risibile. ¶ Sed contra: sequitur sor. inq̃tum homo est risibilis. Sed omnis homo est animal: igitur sor. inq̃tũ aial est risibile: consequens est falsum: eo ꝙ statim sequitur si aliquid est animal illud est risibile qõ est impossibile ⁊ cõsequentia probatur q: ibi arguitur ab inferiori ad suuz superius sine impedimento. ¶ Quarto sequitur ꝙ duo cõtradictoria inter se contradicentia sunt simul falsa: probat quia vtraq̃ illarum est falsa: Sor. inq̃tum est aliquod album est homo. Et sor. inq̃tum est aliquod albũ nõ ē homo: vt patet per exponentes prius dictas: q: sor. esse album non infert sor. esse hominem nec infert sor. non esse hominem. ¶ Quinto sequitur ꝙ hec est vera omnis homo inq̃tum est animal est suba animata sensibilis: q: omnis homo est animal ⁊ si aliquid est animal illud est suba animata sensibilis. Sed contra sequitur omnis suba animata sensibilis est alba omnis homo inq̃tum est animal est suba animata sensibilis ergo omnis homo inq̃tuz est animal est albus: consequens est falsum: patet per exponentes: igitur aliqua premissarum ⁊ nõ maior vt suppono: igitur: ⁊ conseqeuntia patet q: est syllogismus in prio modo prime figure.

Ad ista respondetur Ad primum cõcedo ꝙ aliqua inq̃tum conueniunt differunt: q: omnis ratio illatiua ꝙ aliqua conueniunt est ratio ꝓclusiua ꝙ illa differunt: q: qualitercũq̃ infertur ꝙ illa cõueniunt ꝓcludit ꝙ illa sunt multa ⁊ per cõsequens dꝛia ⁊ diuersa sed negatur talis consequentia cum concluditur ꝙ quecunq̃ magis conuenirent magis different. ¶ Ad secũm argumentũ dicit ꝙ Ari. nõ capit ibi ly inq̃tũ vl ly secũz ꝙ: reduplicatiue sed prout connotat passionem conuertibilem ⁊ immediatam. Ideo fm illum intellectum negaretur etiam illa homo inq̃tum homo est sensibilis: sed concederetur ista homo inq̃tum homo est risibilis vel homo inq̃tum homo est animal rationale ⁊c̄. sed iam pz ex dictis ꝙ reduplicatio non sic sumitur in proposito. ¶ Ad tertiuz respondeo cõcedendo illam: sor. inq̃tum homo est risibilis. Et tũc ad improbationem nego ꝓnam: lz arguatur ab inferiori ad suum superius q: fm aliquos arguit cuz distributione ꝓcedente q: ly inq̃tuz ⁊ quelz alia dictio reduplicatiua habet confundere terminum se sequentem confuse ⁊ distributiue sicut etiam nota conditionis. Ideo sicut ab iferiori ad suum superius cum nota conditionis non valet consequentia sic etiam nec cum dictione reduplicatiua que includit condictionez valet consequentia: sicut nõ sequitur: asinus si est homo est risibilis ⁊ asinus est animal: igit asinus si est animal est risibilis: vel sic: hoc est ens vel homo si antichristus est: demonstrando antichristum: ⁊ hoc nõ est ens vel homo ergo ens non est ens vel homo non est homo si antichristus est. Similiter non sequitur: homo inq̃tum risibile est animal ⁊ omne risibile est album: igitur homo inq̃tuz albus est animal: ꝓnis ē falsum sicut illa homo est risibilis inq̃tuz est animal: q: sic debet exponi hõ est risibilis vel homo est animal ⁊ si aliquid est animal illud est risibile. Ego autem dico ꝙ ly inq̃tum cõfundit cõfuse tm̃ sicut nota conditionis fm ꝙ in secda parte determinabitur ⁊ sicut nota condictionis ĩmobilitat ita ⁊ dictio reduplicatiua: quare ab inferiori ad suũ superius non valet argumentũ licet affirmatiue ⁊ sine distributione arguatur ⁊c̄. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ illa non sunt cõtradictoria: ⁊ causa: ē q: si in vno cõtradictorio⁹ reduplicatio affirmatur opz ꝙ negatur in alio: q: reduplicatio ē ꝓncipale ⁊ formale ꝓpõnis in qua ponit: sicut etiam sunt dictiones exclusiue ⁊ exceptiue in alijs de in ec̄. Et iõ sicut in exclusiuis ⁊ exceptiuis non manet eadẽ nota affirmata in vtraq̃ contradictoria⁹ ita est in reduplicatiuis ꝙ ꝗdictio attẽdit maxime penes hoc ꝙ nota in vna affirmetur ⁊ in altera negetur ⁊ hoc nõ precise: q: opz etiã verbũ principaliter gari ⁊ ꝙ subiectũ ⁊ predicatum preiacentis opposito mõ supponat. Iõ pro toto dico ꝙ ꝗdictoriũ in reduplicatiuis debet dari per negationem preposita⁹ toti. ¶ Ex his pz ꝙ ista non sunt ꝗdictoria. Omis hõ inq̃tum aial est risibile ⁊ aliqd qõ est hõ inq̃tũ aial non est risibilis: q: vtraq̃ est falsa: nec ista ēt aial inq̃tum risibile est homo ⁊ aial nõ inq̃tum risibile est homo: q: vtraq̃ est vera vt pz: sed ista contradicunt aial inq̃tuz homo est risibile ⁊ non animal inq̃tum hõ est risibilis. ¶ Ad vltimuz dico concedendo illam. omnis homo inq̃tum est animal est suba sensibile. Et tunc ad ꝓbationẽ nego ꝓnam: q: plus ꝓdicat ī minori q̃z subijciat in maiori: In maiori enī subijcit ly suba aiata sensibilis ⁊ in minori predicat totũ illud inq̃tũ aial ē suba aiata sensibilis. Et rõ est q: ꝓ pbm prio ꝓ⁹ reduplicatio semp tz se a pte predicati. Iõ ꝗ ꝓna est bona. Omis homo inq̃tũ est aial est sensibilis omis risibile est hõ ergo omis risibile inq̃tum est aial est sensibilis: vñ intellect⁹ maioris est iste: omis hõ est sensibilis inq̃tũ ē aial: ita ꝙ semp ī argumẽto iuxta ponat ꝓdicato ꝓiacẽtis dictio reduplicatiua cũ illo termino sup quo cadit. Et ꝓ istũ modũ poterit syllogizari in reduplicatiuis quẽadmodũ ⁊ in alijs simplicibus de in ec̄. Itẽ in 2ª fiª nõ sequit: omis hõ inq̃tũ aial est aiatus: nullũ albũ est aiatũ: igit omis albũ inq̃tũ aial nõ est hõ. Sim̃r nec seqtur nullũ albũ est sensibile omis hõ inq̃tuz est animal est sensibilis: igr omis homo inq̃tum aial non ē albus. Ratio aũt qr neutra vz est: q: continue plus predicat in minori q̃z ꝓdicet ī maiori vt pz ex dictis. Sz bñ seqt null⁹ cleric⁹ inq̃tũ cleric⁹ dꝛt a layco. Omis gramatic⁹ inq̃tũ gramatic⁹ dꝛt a loyco: igr null⁹ gramatic⁹ ē cleric⁹.

Item in tertia figura non sequitur. Aliquod grãmaticũ ẽ homo omne grãmaticũ inq̃tũ ẽ aĩal ẽ sensibile: igit aliqd̃ sensibile inq̃tũ est aĩal est hõ. Et rõ ẽ: q: in ꝛcl'one maior extremitas non precise predicat de minori. In maiori.n. maior extremitas est ly hõ ⁊ in ꝛcl'one predicatur totum illud homo inq̃tum est animal. Ideo in ꝓposito non põt aliter concludi q̃ idirecte dicendo ergo hõ inquantũ ẽ animal est sensibilis. Sed bene sequitur omnis homo inq̃tum animal est sensibilis omnis homo inq̃tuz animal est suba: igitur aliqua suba inq̃tum animal est sensibilis: cui' ratio est quia ad preiacentem minoris cum eadez maiori sequitur eadem conclusio. Sequitur enim omnis homo inq̃tuz animal est sensibilis omnis homo est suba: igitur aliqua suba inq̃tũ aĩal est sensibilis. Et sic pz qualr ẽ syllogizandũ ĩ reduplicatiuis. ¶ Jaz de suppõnibus reduplicatiuis est dicenduz. Circa q̃ est notandũ q̃ subiectuz in re duplicatiua eodem modo supponit sicut supponit ĩ sua preiacente: eãdem enim suppositionem habet subiectuz in ista animal inq̃tum est homo est risibile ⁊ in ista aĩal ẽ risibile. Illud autem super quod cadit reduplicatio dicit stare confuse tm̃ ⁊ ꝓ m alios supponit confuse ⁊ distributiue: q: sub eo contingit descendere ad qõlz suum per se inferius. Ideo bene sequit' so:. inq̃tuz aĩal ẽ sensibile: so:. est homo: igitur so:. inq̃tum homo est sensibilis. Et ꝶ est intentio philosophi primo priorum qui dicit q̃ si iustitia ẽ bonum inq̃tum bonum tunc iustitia est omne bonuz: ꝶ est si bonum inq̃tum bonum est iustitia omne bonum ẽ iustitia. Item predicatũ preiacentis supponit confuse tm̃: quia infertur ex quolz per se inferiori ⁊ non infert sua inferiora copulatiue nec disiunctiue: Sequitur.n. so:. inq̃tũ risibilis est homo ergo so:. inq̃tum risibilis est animal: non tamen sequitur so:. inquantũ suba animata sensibilis est animal ⁊ ista sunt omnia animalia: igitur so:. inq̃tum suba animata sensibilis est hoc animal: vel so:. iq̃tũ suba aĩata sensibilis ẽ ꝶ aĩal quocũq̃ demõstrato ⁊ sic de singulis.

¶ De dictione sicut.

Stenso ĩ parte de differt: aliõ: nõ idẽ: de exclusiuis: exceptiuis: ⁊ r̃duplicatiuis. Restat p̃ter de alijs dictionib' vim confundendi habentibus pertractare. Et primo de hac dictione sicut que cum suo redditiuo precedente deducto quocunq̃ impedimento terminum imediate sequentẽ compabiliter rectum confundit confuse ⁊ distributiue in compatione ad predicatũ ꝓpositionis dependentie: vt so:. est ita fortis sic̃ aliquis homo mundi ly homo stat confuse distributiue: ponitur.n. primo que cum suo redditiuo: q: tam ly sicut q̃ suũ redditiuum ita de per se terminum immediate sequentem faciunt stare cõfuse tm̃: vt tu es fortis sicut aliquis hõ: ly homo stat confuse tm̃: ⁊ non confuse ⁊ distributiue: quia sibi non additur ly ita qõ est suum redditiuũ. Similr dicendo ita fortis ẽ aliquis homo sicut aliquis leo ly homo stat confuse tm̃: ratione de ly ita: ⁊ ly leo stat confuse ⁊ distributiue ratione illaꝝ duarum dictionum precedentiuz .s. ita sicut. Additur etiam ly precedente: q: si ly sicut precederet suum redditiuum ambo simul non possunt facere aliquem terminum stare confuse ⁊ distributiue: vt sic dicendo: sicut aliquis leo velociter currit. Ita aliquis homo velociter ambulat: vbi patet q̃ taz ly leo q̃ ly homo stat confuse tm̃. Similiter dicendo: Sicut cito corrumpetur aliquis homo. Ita cito generabitur aliquod compositum: tam ly homo q̃ ly compositum stat confuse tm̃: nõ obstante q̃ ly homo precedat ly sicut cum suo redditiuo quia suum redditiuum subsequitur ly sicut. Dicitur etiaz sine impedimento: q: si negatio vel aliquod huiusmodi p̃cedit t̃minũ cõparatũ non oporteret talem stare mobiliter sed imobiliter vt sic dicendo so:. nõ est ita bonus sicut aliquis homo. So:. ẽ ita fortis sicut omnis homo: vbi pz q̃ vtrobiq̃ ly homo stat determinate vel confuse tantũ. Iterum additur illa particula terminum imediate sequẽtem comparabilr rectuz: q: ly sicut cuz suo redditiuo nõ confundit mobiliter terminum rectum ratione condictionis vel similitudinis: verbi gratia vt ego percutiaz te ita fortiter sicut vnum asinum: ly vnum asinum non stat confuse ⁊ distributiue sed confuse tm̃: q: non sequitur: ego percutiaz te ita fortiter sicut vnum asinum: sed brunellus est vel erit asinus percussus: igitur percutiaz te ita fortiter sic̃ brunellum. Unde ista propositio: ego percutiã te ita fortiter sicut vnum asinum significat q̃ ego percutiã te ita fortiter sicut si esses vnus asinus vel sicut ego percuterẽ vnũ asinum vbi pz q̃ ly vnum asinum nõ stat confuse ⁊ distributiue. ¶ Ultimo additur illa particula in comparatione ad predicatũ propositionis dependentie q: non sequitur: tu es ita albus sicut aliquis homo sed so:. est aliquis homo: igitur tu es ita albus sicut so:. antecedens eni est verum ⁊ consequens falsum: supposito q̃ nõ sint plures albi q̃ tu ⁊ plato qui estis equaliter albi ⁊ sit so:. niger: ⁊ pz q̃ non sequitur: sed oporteret arguere cũ predicato propositionis dependentie: vt tu es ita albus sicut aliquis homo sed so:. est aliquis homo albus: igitur tu es ita albus sicut sortes. Similiter etiam non sequitur: tu curris ita bene sicut aliquis homo sed plato est aliquis homo: ergo tu curris ita bene sicut plato: sed oporteret sumere in minori q̃ plato est aliquis homo currens bene ita ergo patz q̃ in illa tu es ita albus sicut aliquis homo ly homo stat confuse ⁊ distributiue solum pro homine albo. Et nota q̃ propositionem dependentie voco propositionem implicite vel explicite sequentem ly sicut: vnde licet quandoq̃ dicatur so:. est ita bonus sicut plato: aut hominem docẽ est ita meritoriũ sicut orare in predictis ⁊ ꝓsimilibus sic oportet supplere: so:. est ita bonus sicut plato est bonus: homine m docere est ita meritorium sicut hominem orare est meritorium. Ex hoc sequitur q̃ vbicũq̃ ponitur ly sicut comparabiliter due propositiones sunt formãde aut subintelligẽde quarũ vna vocatur propositio redditiui .s. illa ĩ qua expresse ponitur vel subintelligitur ly ita: altera vero in q̃ ponitur ly sicut vocat ꝓpõ dependentie.

Sed forte contra istã r̃ñsionem superiorẽ arguit'. Nã si ista tu es ita albus sicut aliquis homo: stat ly homo mobiliter solum pro hominibus albis per idez in illa tu differs ab homine: supponit ly homo solum mobiliter pro hominibus a quibus tu differs. Et sic ad concludendum ex illa q̃ tu differs a te: oportet sumere tale mediũ tu es homo a quo tu differs. ¶ Respondeo q̃ non sequitur: sed diuersitas est: q: ly differt non exponitur per attributionẽ sui vtriq̃ extremorum ⁊ negationem vnius ab altero sicut ẽ depositiuo gradu. Sed per attributionem eẽ vtriq̃ vt alias tactum fuit. Ideo in illa tu differs ab homine distribuitur ly homine pro omni cui conuenit attributum: positiuus ergo gradus comparabiliter captus .s. cum ly sicut ⁊ suo redditiuo ita exponitur per attributionem istr̃ vtriq̃ comparatorum: ⁊ negationem sui comparatiui a scõdo comparatorum respectu primi: vbi grã: so:. currit ita velociter sicut plato: ly so:. dicitur primum comparatorũ ⁊ ly pla. scõm: ⁊ sic exponitur so:. currit velociter ⁊ plato currit velociter: ⁊ non pla. currit velocius so:. Silr tu es ita fortis sicut aliqd̃ animal sic exponitur tu es fortis ⁊ aliquod aĩal est forte ⁊ nullũ aĩal est fortius te: que est falsa. Ideo exposita est falsa. Sed illa est vera: tu es ita sapiẽs sicut omnis hõ mũdi: q: sic exponitur tu es sapiens ⁊ aliquis homo est sapiens ⁊ non oĩs homo mundi est sapiẽtior te: qõ verum est: cum sit eius ꝗdictoriũ falsum vt pz intuenti. Et sic tu es ita fortis sicut quilz hõ: ⁊ silr ita debilis sicut oĩs homo: sed nõ es ita fortis sicut aliquis homo nec ita debilis sicut aliqs homo. Nec seqtur tu es ita fortis sicut iste homo ⁊ iste est aliquis hõ: igitur tu es ita fortis sicut aliquis hõ: arguitur enim ab inferiori ad suuz superius distributione preposita. Imo nec seqtur tu es fortis sicut aliquis homo: igit' tu es ita fortis sicut aliqs hõ: arguitur enim a termino stante confuse tantũ ad eundem stantẽ confuse ⁊ distributiue. Etiam non seqtur: tu es ita fortis sicut omne aĩal equus est aĩal: igitur tu es ita fortis sicut equus: q: ly animal stat immobiliter sub quo nõ con-

tingit taliter descendere: his sic notatis ⁊ cum eisdem pre supposito ꝙ ly tantus ⁊ quantus hñt eandē nām quā habent ly ita ⁊ sicut: pono aliquas ꝓclōnes.

Prima conclusio est ꝙ q̄tuscūq̄ fuit sor. tantus fuit plato ⁊ econtra: ⁊ tñ sor non fuit tantus q̄tus fuit pla. probat: ⁊ pono ꝙ tam sor. q̄ pla. continue p totā istam horā preteritam fuissent augmentati ita tamen ꝙ sor. continue añ hoc fuisset maior platone ⁊ nunc primo ipsi sint equales. Isto posito pz prima ps conclusionis: q: si sor. ⁊ pla. nūc non forent sed nunc primo forent corrupti ⁊ cuz hoc pri fuissent augmentati sicut iam ponit de eis tunc q̄tuscūq̄ fuisset plato tantus fuisset sor. ⁊ econtra. Sed tunc plato non fuisset maior q̄ iam fuit nec tunc sor. fuisset minor q̄ iam fuit: igitur nunc verum est ꝙ q̄tuscunq̄ fuit sor. tantus fuit plato ⁊ econtra. ¶ Secunda pars conclusionis probatur q: si sor. fuit tantus sicut pla. fuit: ergo in aliquo instanti fuit ipse tantus quantus pla. fuit: consequens est falsum: eo ꝙ quocūq̄ instāti dato i quo sor. fuit magn⁹ post illud instans fuit pla. maior: vt pz ex casu: ⁊ consequentia probatur: q: illa propositio sor. fuit tantus q̄tus fuit pla. conuertitur cum ista sor. in aliquo instanti fuit tantus q̄tus fuit plato q: ipsa p suā vificatiōe reqrit instās.

Contra istam conclusionē arguitur sic. Et primo contra primā partez: quia si q̄tuscunq̄ fuit sor. tantus fuit pla. ⁊ econtra: igitur quantus fuit sor. tantus fuit plato ⁊ eē: consequētia patz ab vniuersali ad suam subalternā. Tunc vltra q̄tus fuit sortes tantus fuit plato ergo tantus fuit pla. q̄tus fuit sortes: consequentia videtur tenere: q: quasi ab eodē ad idē: ⁊ consequens est falsum ergo ⁊c. ꝙ consequens sit falsuz probatur: q: si tantus fuit pla. q̄tus fuit sor. igit in aliquo instanti: consequentia pz per priorem responsionē ⁊ consequens est falsum vt prius probatum est. q: quocunq̄ instanti dato falsum est ꝙ in in illo instanti tantus fuit plato: q̄tus fuit sor. quia post illud instās sor. fuit continue augmentatus. ¶ Contra scōam partē conclusionis arguitur sic ⁊ sit. c. hora preterita in qua sor. ⁊ pla. fuerūt augmentati tunc arguitur sic. In. c. tempore sor. fuit tantus q̄tus fuit pla. igitur sor. fuit tantus q̄tus fuit pla. consequentia patet ⁊ antecedens probatur. q: quācunq̄ q̄titatē hūit sor. in. c. tempore tantā habuit pla. in eodem tempore ⁊ econtra ergo in. c. tēpore sor. fuit tantus quantus fuit pla. ¶ Scōo arguit sic. Sor. fuit aliq̄tus ⁊ pla. fuit aliq̄tus ⁊ non maior fuit pla. q̄ fuit sor. nec econtra ergo sor. fuit tantus q̄tus fuit plato cōsequentia patet ab exponentib⁹ ad expositam ⁊ totuz antecedens est verū vt patz intuēti igitur ⁊ cōsequens. ¶ Tertio arguitur sic. Si sor. nō fuit tantus quantus fuit pla. ⁊ quilz eorum fuit aliq̄tus: ergo sor fuit maior q̄ fuit plato vl' minor q̄ fuit pla. ꝓsequens falsum: q: in nullo instanti fuit sor. maior q̄ fuit plato nec minor q̄ fuit pla. ⁊ consequentia pz a simili: q: si sor. non est tantus q̄tus est plato ⁊ quilz illorū est aliq̄tus opz ꝙ sor. sit maior q̄ est pla. vel minor: Si ergo vz talis forma de presenti opz ꝙ valeat de preterito.

Ad ista argumenta respondet. Ad primum contra primā partem conclusionis nego scōam ꝓñam deforma: quia in ꝓsimili mā non sequitur: vt q̄tus est aliqs homo tantus est pla. ergo plato est tantus q̄tus est aliquis hō: arguitur enī a termino stante confuse tñ ad eundē stantē confuse ⁊ distributiue: vnde sicut in ista propositione. Sic fortis est aliquis hō ita fortis est sor. ly aliquis hō stat confuse tñ. Ita etiā in illa q̄tus est aliquis hō tantus est pla. ly aliquis homo: stat cōfuse tñ rōne de ly q̄tus: ex quo ipsum non precedit ly tantus: verūtñ ꝓcedo ꝙ tātus fuit plato q̄tus fuit sor. q: aliquantus fuit pla. ⁊ aliquant⁹ fuit sor. ⁊ non maior fuit sor. q̄ pla. fuit nec ecōuerso. Et tunc ad improbationē cum infert: ꝙ in aliquo istanti tant⁹ fuit plato quantus fuit sor. nego ꝓñam: nec hoc posuit prima responsio: nisi tempus signatum p verbū preteriti temporis staret determinate: vbi vo stat confuse tñ debet inferri ppō in qua ly aliquo instanti stet eodē modo: Ideo bene sequitur. Tātus fuit pla. q̄tus fuit sor. ergo tantus fuit plato in aliquo instanti q̄tus fuit sor. vbi ly aliquo instanti stat confuse tñ sicut ly fuit. Et si queritur i quo instāti non detur illud. Ad primū argumentū ꝗ secundā partez conclusionis rñdetur admittendo casum ⁊ negādo ꝙ i. c. tempore sor. fuit tantus q̄tus fuit plato: q: ex ipsa sequit vt prius ꝙ in. c. tpe sor. in aliquo instanti fuit tantus q̄tus fuit pla. qd̄ est falsum: Et tunc ad pbationē q̄cūq̄ q̄titatem habuit sor. in. c. tpe hūit pla. i eodē tpe: ergo in. c. tpe ⁊c. nego ꝓñam: sed solum sequitur ꝙ in. c. tpe q̄tuscunq̄ fuit sor tantus fuit pla. ⁊ econtra vel tantus fuit sor. q̄tus fuit plato ⁊ econtra. ¶ Ad scōm nego ꝓñam: nec arguit ab exponentib⁹ ad expositū: q: illa ppō sor. fuit tātus q̄tus fuit pla. non debet exponi sed resolui respectu huius verbi fuit per duo demonstratiua instantis vel tēporis: vt tūc sor. fuit tantus q̄tus fuit plato ⁊ tunc fuit aliqñ: igit aliqñ sor. fuit tantus q̄tus fuit plato: ex quo sequit ꝙ sor. fuit tantus q̄tus fuit plato. Vel sic in. a. instāti sor. fuit ⁊c. ⁊. a. instans fuit aliquod istās: igitur in aliquo instanti sor. fuit tantus q̄tus fuit pla. modo certū est ꝙ quelz illarum est falsa: tunc sor fuit tant⁹ q̄tus pla. fuit vel i. a. instāti ⁊c. vt clare pz per suas exponētes. ¶ Ad tertiū nego ꝓñam: Et tunc ad similitudinē: dico ꝙ similitudo non valet: pro quia ꝓm aliquos verbum pñtis tpis non pōt confundi sicut nec aliquis terminus discretus q: non hēt nisi vnicuz suppositū. s. instans presens: secus est de vbo preteriti vel futuri temporis: q: hz infinita supposita q: infinita instātia ideo bene capax est confusionis rōne cuius talis ꝓñam non valet. Et ex alio ēt q: arguēdo cū verbis de pñti supponitur p añs aliquē eē maximū graduz q̄titatis per quez de presenti sor. est magnus. Et aliquē esse maximū gradum per quē plato est magnus de pñti. Sed arguēdo cū verbis de preterito vel futuro nō supponit in aliquo añte ꝙ aliquis maxim⁹ gradus q̄titatis fuit per quē sor. fuit vel erit tantus quātus est vel fuit pla. ⁊c. Sed adhuc arguit contra illam ppōnem cōcessam yz: tantus fuit pla. q̄tus fuit sor. q: sor. fuit continue maior platone per casum: igit plato minor continue fuit sor. Et si sic: igit non tantus fuit plato q̄tus fuit sor. q: si tantus fuit plato q̄tus fuit sor. ⁊ sor. ⁊ plato continue simul fuerunt vt suppono: ergo sor. ⁊ plato fuerunt equales qd̄ est falsū ⁊ contra casum. Ité seqt multas propōnes esse veras que cōiter negant vz. Ita cito erit instans sicut erit instans. Ita modica ē aliqua pars tui sicut est aliqua pars tui. Ita magnus erit sor. i aliquo instanti sicut ipse erit in aliquo instanti. Ita velociter mouebit sor. in aliquo instanti sicut mouebit in aliquo instanti: posito ꝙ ipse remittet motū suū vniformiter quousq̄ non mouebitur. ¶ Ad ista dicit: Ad primū concedo ꝙ per totā istam horaz sor. fuit maior platone ⁊ plato minor sor. Et ex hoc non seqtur: ꝙ non tantus fuit pla. q̄tus fuit sor. Sed solum seqtur ꝙ pla. non fuit tantus q̄tus fuit sor. Et vlterius qñ arguit: ꝙ si tantus fuit plato ⁊c. igitur fuerunt equales: nego ꝓñam: q: añs non hz verificari pro aliquo certo istanti sicut ⁊ ꝓñs ex quo ly fuit i antecedente stat confuse tñ ⁊ ly fuerunt in ꝓñte determinate vt pz. ¶ Ad alias ꝓclusiones adductas cōcedo eas q: nulla illarum debet resolui sed exponi: ex quo ly ita terminū imediate se sequentē confundit confuse tñ. Ideo concedo ꝙ ita cito erit instans sicut erit instans: q: cito erit instans ⁊ nō prius erit instans q̄ erit instans: nego tamē ꝙ aliqd̄ instans erit ita cito sicut erit istās. Cōcedo silr ꝙ ita diu viues sic viues ⁊ tñ nō viues ita diu sic viues

Secunda conclusio est ista: Impossibile est ꝙ pla. currat ita velociter vniformiter precise sic imediate post a. curret sor. Et hc casu possibili posito probat ⁊ pono ꝙ sor. currat vniformiter vsq̄ ad instans ⁊ ꝙ cōtinue p vnā horam post. a. velocitet motum suuz. Isto posito probatur conclusio: q: si possibile est ꝙ plato currat ita velociter precise ⁊c. ponatur cū primo casu ⁊ arguit sic: plato nūc currit ita velociter sicut imediate post. a. sor. curret ergo

immediate post.a.curret ita velociter pcise sicut nunc currit plato:igitur sor.aliquando post.a. curret ita velociter precise sicut nunc facit plato sit ergo qꝑ in.b.instãti post.a. sor.curret ita velociter sicut nunc currit plato tunc arguit sic. In.b.instanti sor.currit ita velociter sic nunc currit plato precise: ⁊ per totum tempus mediũ inter.a.⁊.b.curret sor.tardius q̃z in.b.ergo non imediate post.a. curret sor.ita velociter sicut nũc currit plato: consequentia patet: quia totum tempus inter.a.⁊.b.erit post.a.antequã sor. curret ita velociter sicut nunc currit plato. Et sic pz qꝑ conclusio est vera in isto casu ⁊c.

Contra istam ōclusionē arguit sic. Possibile ē qꝑ plato currat velocius q̃z imediate post.a.currat sor.⁊ possibile est qꝑ plato currat tardius q̃z imediate post.a.currat sor.igitur ꝑ idez possibile est qꝑ plato currat ita velociter precise sicut imediate post.a.currit sor. ¶ Secundo sic:⁊ pono qꝑ pla.velocitet cursum suũ post.a.sicut sor.⁊ precise equaliter ⁊ ꝑ idem tempus: Et tunc arguitur sic. Immediate post.a. sor.⁊ plato eque velociter mouebunt q: cōtinue post.a. current eque velociter: vt positum est:igitur plato imme diate post .a. curret ita velociter sicut immediate post.a. curret:sor.⁊ per ꝓsequēs possibile est qꝑ pla.currat ita velociter aliqñ sicut imediate post.a.curret sor. igitur possibile ē qꝑ pla.currat ita velociter sicut imediate post.a.curret sor. ¶ Tertio arguitur sic pla.imediate post.a.curret eque velociter cum motu quo immediate post .a. curret sor.igitur plato post.a.curret eque velociter sicut sortes imediate post.a.⁊ per ꝓñs pone ē qꝑ pla. curret eque velociter ⁊c.primũ añs probo sic : q: sor.⁊ plato current eque velociter precise ⁊ per idem tēpus post.a.vt positũ est:sit igit.b.totus motus quo sor. mouebit post.a.⁊.c. totus motus quo plato mouebitur post.a.tunc.b. ⁊.c. motus continue erunt eque veloces vt notũ est: igit cuz sor.imediate post.a.mouebit.b. motu q erit equalis cũ .c.motu quo imediate post.a. mouebit pla. sequit qꝑ imediate post.a.pla.curret vel mouebit eq̃ velociter motu sic mot⁹ quo imediate post.a.mouebit sor.

Ad ista respōdetur cōcedendo cōclusiōez vt pus Et tunc ad improbationē nego ꝓñam: primi argumenti: ⁊ causa ē:q: nullus erit pm⁹ gradus velocitatis quo sor. mouebitur imediate post.a. nec aliqs talis ē assignãdus. ¶ Ad secm cum arguitur:imediate post.a.sor.⁊ pla.eq̃ velociter mouebunt ergo pla.imediate post.a. ⁊c.nego ꝓñam:⁊ concedo qꝑ plato imediate post.a. mouebit velocius q̃z imediate post.a.mouebit sor.⁊ sil'r qꝑ sor.imediate post.a.mouebit velocius q̃z imediate post.a.mouebitur pla.ymo sor.imediate post.a.mouebit velocius q̃z ipse imediate post.a.mouebit:q: sor. aliqñ mouebit velocius q̃z ipsemet imediate post.a.mouebit:⁊ iã nõ mouetur velocius q̃z ipse imediate post.a.mouebit:igit aliquando incipiet sor.veloci⁹ moueri q̃z ipsemet post.a.mouebitur ⁊ ī vno instãti post.a.incipiet sor. moueri veloci⁹ q̃z ipsemet immediate post.a.mouebit: nec in aliquo instanti ante.a.incipiet sor.ergo ⁊c.in.a.instanti incipiet sor. velocius moueri q̃z ipsemet imediate post.a. mouebit. Et si arguitur sic: Sor.imediate post.a. velocius mouebitur q̃z ipsemet imediate post.a.⁊c.igit aliqñ post.a.sortes mouebit veloci⁹ q̃z ipsemet mouebit: ꝓña nõ vz:q: nullum est nec erit primũ instãs in quo sor.mouebit post .a. Etiam non sequit:sor.imediate post.a.veloci⁹ mouebitur q̃z imediate post.a.mouebit pla.igit pla.imediate post.a.mouebit tardius q̃z imediate post.a. mouebitur sor.ymo cum prio añte posito vz sor.⁊ pla.imediate post .a.eque velociter monebunt sequit directe oppositũ: qꝫ consequentia non vz. ¶ Ad tertiã formã dico qꝑ hec ꝓña non valet:plato imediate post.a.mouebit motu eque veloci cum motu quo imediate p⁹.a.mouebit sor.ergo plato imediate post.a.mouebit eque velociter sicut imediate post.a.mouebit sor. Et cã est ista:q: lz totus mot⁹ quo immediate post.a.mouebit pla.sit equalis cum toto motu quo sor.imediate post.a.mouebit tamẽ in nullo instãti post.a.erit ita sicut significatur ꝑ istã ꝓpōnē: mot⁹ quo plato mouet ē pcise eq̃ velox:sic imediate p⁹.a.fuit mot⁹ sortis:ex quo nõ ē assignand⁹ aliqs mot⁹ qui imediate p⁹.a. fuit vel erit mot⁹ sor. Et sic pz solutio q̃re ⁊c.

Tertia conclusio est ista: Sor.iam non est ita albus sicut erit pla.in aliquo illoꝝ:⁊ erit albio: q̃z erit pla.in aliquo illorũ ⁊ tamen non erit albus precise sicut erit pla.i aliquo illoꝝ: probatur ꝓclo ⁊ pono qꝑ intẽdat albedo sor. vnifo:miter vsq̃z ad finez hore future sit qꝑ intendat ēt equalr i platõe per primã horã cuius finis sit primũ instans non ec sui sic intendat albedo sor.per eandẽ horã. Isto posito pz pma ⁊ secunda pars cōclusionis:⁊ tertia pbat: q: si sortes erit ita albus precise sicut erit plato in aliquo illoruz demptis instantib⁹ prime hore ergo per tps vel per istans erit sor. ita albus sicut erit plato in aliquo illoꝝ. Non per tps vt pz inductiue de quocũq̃z tpe in quo sor.erit albus. Nec i aliquo instanti post erit sor.ita albus precise sicut pla.erit albus in aliquo illoꝝ:q: in quolz instanti post erit sor.albior quã erit pla.in aliquo illorũ. Similiter si sor.erit ita alb⁹ pcise sicut erit pla.in aliquo illoꝝ:ergo in aliquo instanti erit ipse ita albus precise sicut erit plato in aliquo illoꝝ: ꝓñs falsum:q: quocunq̃z instanti dato in illo nõ erit sor. ita albus precise sicut ⁊ plato in aliquo illoꝝ q: ante illud istans erit plato minus albus q̃z tunc erit sor.⁊ post illud istans erit magis albus q̃z tunc erit sortes dato qꝑ detur instans prime hore quare ⁊c.

Sed contra istam tertiã particulã arguo sic:⁊ signo primum instans nõ esse platonis tũc lz aia recedat de corpe stat tamen qꝑ non corrũpat albebo sed maneat tota acquisita in cadauere qꝑ fuit corpus platonis. Et arguit sic hoc cadauer est precise ita albũ sicut sor.⁊ illã albedinẽ acquisiuit plato in istis:igitur sor.est precise ita albus sicut fuit plato in aliquo istoꝝ. ¶ Secundo arguit sic ⁊ signo totũ tps per qõ sor.nõ erit albior q̃z erit plato in aliquo illoꝝ:⁊ totum tempus per qõ erit albior q̃z erit plato in aliquo illorum:sit primũ.b.fz.d. ⁊ instãs copulans illa duo tpa.c. tunc pz qꝑ in.c.instanti erit sor.albus ⁊ pla. in quolz illorũ erit albus ⁊ in.c.instanti non erit sor. albior q̃z erit plato ī aliquo illoꝝ:nec minus alb⁹:ergo ⁊c.tũc sor.erit pcise ita albus sicut erit plato in aliquo illorũ:qꝑ aũt sor.in.c.instãti non erit minus alb⁹ q̃z erit plato in aliquo illoꝝ:pz: q: tũc .b.non est totũ tps per qõ sor.erit minus albus q̃z plato erit albus in aliquo illorũ:qõ est contra positum. Et qꝑ ēt tunc non erit sor.albior q̃z erit plato in aliquo illorum:probatur:q: si sic ergo per aliquã latitudinẽ albedinis erit sortes albior ⁊c.⁊ per consequens ante illud instans per medietatẽ illius latitudinis illi⁹ albedinis erit sor.albior q̃z erit plato in aliquo illorum. Et si sic ergo.d.non est totum tẽpus per qõ sor.erit albior q̃z erit plato in aliquo illoꝝ qõ est contra positum. ¶ Ad primum respondetur negãdo consequentiam in qua infertur qꝑ sor.est precise ita albus sicut fuit plato in aliquo istorum:sed solum sequitur qꝑ sortes iam est ita albus sicut fuit plato in istis. Ex quo non sequitur ipsum esse ita album sicut fuit plato ī aliquo illoꝝ. Sicut non sequitur:tu differs ab istis: ergo tu differs ab aliquo istorum:sed bene sequitur qꝑ tu differs a quolibet eorum. Ex isto sequitur qꝑ si plato viueret pro illo instanti qõ erit primum instans sui nõ esse:ipse foret albior q̃z ipse fuit in aliquo istorum:⁊ tamen per nihil foret albior. Sic enī mõ illud cadauer albius q̃z fuit plato in aliquo illoruz ⁊ etiam sor.per nihil : tamẽ est albior:nec sequitur sor.est iam albior q̃z fuit plato ergo albedo sor.per aliquid excedit omnem albedinem quã vnq̃z habuit plato. Sed bene sequitur qꝑ omnem albedinem quam vnq̃z habuit pla to excedit albedo quã habet sor.per aliquid. qõ tamẽ nõ est dandum q: ly aliquid stat confuse trñ. ¶ Ad secundũ dicitur qꝑ in.c.sor.erit albior q̃z erit plato in aliquo illoruz: q: plato in quolibet illorum erit minus albus q̃z erit sor. in.c. Et vltra neganda est consequentia cum infertur : qꝑ

per aliquã latitudinez albedinis erit sor.albior in.c.instãti quã erit plato in aliquo illorũ. Sed bene sequitur vt pri⁹ qp in.c.instanti erit sor.albior per aliquid q̃z plato erit alb⁹ in aliquo illorum per nihil tamen vt dictum ē. Juxta illud conceditur qp imediate ante.c.fuit sor. minus albus q̃z imediate ante.c.fuit plato ⁊ econuerso plato imediate añ .c.fuit minus albus q̃z imediate ante.c.fuit sor. vel q̃z fuit ipsemet. Et non sequitur igit̃ imediate ante.c.fuit vn⁹ eorum magis alb⁹ q̃z imediate añ.c.fuit alter eorũ. Assum ptum probatur: In quolibet instanti ante.c.fuit sor.min⁹ albus quã imediate ante.c.fuit plato ⁊ econuerso: igit̃ imediate ante.c. fuit sor.minus albus q̃z immediate ante .c.fuit plato vel q̃z ipsemet imediate ante.c. fuit: ꝯz enim de presenti valeat talis modus arguendi sum min⁹ albus te: igitur tu es magis albus me: non tamen ꝯz generaliter de preterito vel futuro: vt non sequitur tu eris albior q̃z ego ero: igitur ego ero minus albus q̃z tu eris: quare aut non valet pz intuenti casum principalem cuz hoc qp tales propõnes p sui verificatiõe reqrũt instãs.

Quarta conclusio est ista: ita cito põt esse antichrist⁹ corruptus sic̃ ipsemet generabitur ⁊ tamẽ non potest ita cito esse corruptus sicut ipsemet generabitur. ¶ Prima ps cõclusionis probat̃ q: antichristus potest corrũpi ⁊ ipsemet generabitur: ꝯz non pri⁹ psemet generabitur q̃z ipse poterit corrũpi: q: in quolz instanti in quo generabitur poterit corrumpi. Secunda pars probatur: q: si antichristus poterit ita cito corrũpi sicut generabit̃: ergo possibile ē qp ipse ita cito corrũpetur sicut generabitur: consequens impossibile ⁊ consequentia probatur: q: in antecedẽte ly põt est primus terminis probabilis cadẽs super totũ sequẽs: sed non potest aliter probari q̃z per sensum compositum exquo illi equipalet igitur ⁊c̃. ¶ Contra primam partem conclusionis arguitur sic. Si ita cito antichristus potest eẽ corruptus sicut illemet generabitur ponatur ergo qp ipse ita cito corrumpetur sicut generabitur ⁊ sequitur ꝗdictio. ¶ Contra secundam partem conclusionis arguitur sic: ⁊ sit.a.gratia exempli instans in quo antichristus primo generabitur: tunc sic in.b.instanti antichristus poterit corrũpi sed in.b.instanti antichristus primo generabitur ⁊ non prius: igitur antichristus potest ita cito eẽ corruptus sicut ipsemet generabitur. ¶ Secundo pono qp plato etiã primo generabitur in.b.instanti: tunc arguo sic: antichrist⁹ potest eẽ ita cito corruptus sicut plato generabitur ergo per idem ipse potest ita cito corrumpi sicut generabitur: consequẽtia patet: eo qp plato ⁊ antichristus eque cito primo generabuntur: sed antecedens probatur: naz possibile est qp antichristus ita cito corrumpatur sicut plato generabit̃ ⁊ econtra igitur ⁊c̃. ¶ Ad primum contra primam partẽ conclusionis rrespondeo negando casum cum ponitur qp antichristus ita cito corrũpetur sicut ipsemet generabitur. Et ratio est ista: q: prima pars conclusiõis est de sensu diuiso que non habet probari respectu illius verbi potest ꝯz exponi: eo qp ly potest non est prim⁹ terminus: sed ly ita ratione cuius ⁊ ly sicut propositio habet probari. Unde cõiter conceditur qp aliqõ eternum potest non eẽ ⁊ tamẽ si ponatur qp aliqõ eternum non erit: negabitur casus: q: ratione de ly potest non habet propositio probari sed resolui ratione de ly eternũ cũ sit primus termin⁹ mediat⁹ i propõne a quo incipit ppõnis pbatio.

Ad argumenta contra secundam partẽ conclusionis. ¶ Ad primum nego illam consequentiã: Antichristus generabitur primo in.a.instanti ⁊ in.a.instãti potest eẽ corruptus: igit̃ antichristus potest esse ita cito corruptus sicut ipsemet generabitur: sed bene sequitur qp antichristus potest eẽ corruptus in.a.instanti ⁊ in illo ipsemet generabitur: vel sequitur qp ita cito potest antichristus esse corruptus sic̃ ipsemet generabitur. Et si arguitur sic: antichristus potest corrũpi in.a.instanti ⁊ idem est.a.⁊ instans in quo generabit̃ antichristus: igitur antichristus potest corrumpi in.a. instanti in quo generabitur: consequentia non valet: sicut nõ seqt̃ sor. põt currere i bello mõte ⁊ id qõ ē currẽs i bello monte est pla. posito qp plato solũ currit i bello monte: igr̃ sor potest esse plato. ¶ Ad aliud admisso casu nego ꝗsequentiam: qm̃ in illo casu possibile est qp antichristus erit corruptus ita cito vel citius q̃z plato generabitur. Sed impossibile est quocunqz casu posito qp antichristus ita cito corrũpetur sicut ipsemet generabitur eo qp claudit contradictionem. Ex his correlarie segtur qp sor. non potest ita cito desinere moueri sicut mouebitur: ⁊ tm̃ ita cito põt ipse desinere moueri sicut mouebitur: posito qp iam incipiat moueri: q: imediate post hoc potest ipse desinere moueri ⁊ non priusq̃z imediate post hoc ipsemet mouebit̃ igit̃ ⁊c̃. Similiter sortes potest desinere moueri ⁊ ipse mouebitur: sed non prius ipse mouebitur q̃z ipse potest desinere moueri ⁊c̃. Unde q̃z nis sor. possit ita cito desinere moueri sicut mouebitur in.b.instanti: ⁊ possit ita cito moueri sicut mouebitur in.c.instanti ⁊ sic de quibuscunqz instantibus futuris: non tamen sequitur: qp sor. potest ita cito desinere moueri sicut mouebitur in aliquo instanti futuro. Sed bene sequitur vt prius qp ita cito potest ipse desinere moueri sicut mouebitur in aliquo instãti futuro ex quo ly mouebitur stat confuse tm̃ ratione de ly sicut precedentem suum redditiuum. Item consimiliter negatur qp sor. potest ita cito desinere moueri sicut ipse potest desinere moueri vel qp antichristus potest ita cito generari sicut potest generari: negatur etiã qp tu potes ita diu viuere sicut potes esse: vel qp potes ita cito tangere punctum vltra.b.sic̃ .b. Sed conceditur qp ita cito potest sor. desinere moueri sicut ipse potest moueri ⁊ qp ita cito antichristus potest generari sic̃ poterit generari. Concedit̃ etiã qp ita diu potes viuere sicut potes esse ⁊ ita cito potes tangere punctũ vltra.b.sicut.b. Et sic de consimilibus infinitis qu ax quelz est vera vt patet ex suis exponentibus.

¶ De comparatiuis.

Sicut ly sicut cum suo redditiuo terminum ꝗfundit mobiliter. Sic ⁊ comparatiu⁹ vim habet cõfundendi terminũ imediate sequẽtem in comparatione ad predicatum pme vel secunde preiacentis deducto quocunqz impedimento. Et hoc siue construatur cuz ablatiuo ex natura comparationis siue cum recto vel alio casu mediãte ly q̃z subsequẽte: vt tu es fortior homine ly homine stat confuse ⁊ distributiue. Similiter dicendo tu es fortior q̃z homo ly homo stat ẽt mobiliter. Similiter ista sor. citius diuidet vnam lineã quã superficiẽ: ly superficiem stat confuse ⁊ distributiue mobiliter: dicitur enim primo terminum imediate se sequentẽ q: super terminũ precedentem non hz comparatiuus gradus vim confundendi vt hoc sor. ē fortior: ly homine supponit determinate. Ideo hec consequentia non valet: aliquo hoc sum fortior: igitur suz fortior aliquo homine: q: arguitur a termino stante determinate ad terminũ stantẽ confuse ⁊ distributiue. Secundo ponitur in comparatione ad predicatum pme vel secunde preiacentis: q: non sequitur: tu es albior asino: brunellus ē asinus: igitur tu es albior brunello: dato qp brunellus sit niger: q: ly asino: solum distribuitur pro asino albo. Sed bene sequitur tu es albior asino brunellus ē asinus albus: igitur tu es albior brunello: Similiter non segtur: leo currit velocius aliquo homine: tu es aliquis homo: ergo leo currit veloci⁹te: sed oz sumi pro minori: qp tu es aliqus homo velociter currens: q: ly homo stat confuse ⁊ distributiue soluz pro homine velociter currente. ¶ Eodem modo debet argui cum ly q̃: q: non sequitur: tu melius legis q̃z aliquis sociorũz tuorũ sed plato est socius tuus: ergo tu melius legis q̃z pla. Sz oportet sumi in minori qp plato est socius tuus legens. Et si queritur que est illa prima ⁊ secunda preiacens: dico qp est prima ⁊ secunda exponens compatini gradus: vt statim in sequentibus dicetur. ¶ Tertio dicit̃ deducto quocunqz impedimento q: compatiuus gradus potest p negationem impediri ⁊ per signũ habens eandem vim cõfundendi mobiliter ne ipsum terminuz imediate se sequẽ

tem confundit; confuse ⁊ distributiue: verbi gratia tu non es fortior homine: ly homie stat determiate vl' ꝯfuse tm̃. Similiter sic dicendo. Tu es fortio: omni homine: ly homine consimiliter stat imobiliter. Ideo non sequitur: tu es fortior omni homine plato ē homo fortis: igitur tu es fortior platone: q: arguitur a superiori ad suum inferius sine distributione suporis de suo inferiori. ¶ Quarto addit ly ablatiuo q: si terminũ comparatiuum imediate subsequeretur terminus rectus ipsum non distribueret: eo ꝯ ase non regeretur: propterea i ista propositione: fortius ē aliqd̃ animal q̃ plato ly aliqd̃ animal stat determinate vel confuse tantum. Et sic ꝶ cõsequentia non vz fortius est aliqd animal q̃ plato brunellus est aliqd animal forte: igitur brunellus est fortior q̃ plato. ¶ Quinto ãnectitur ex natura comparationis q: comparatiuus gradus terminum a se rectum ex natura excessus vel alicuius alterius non confundit mobiliter: verbi gratia vt fortes est longior platone vno brachio ly vno brachio stat ibi confuse tm̃ vel determinate ⁊ non confuse ⁊ distributiue mobiliter. Ideo non sequitur tu es longior platone vno brachio sed brachiuz fo:. est brachium longum: igitur tu es longior platone brachio fo:. Similiter non sequitur tu es maior fo:. per tibiam sed tibia platonis ē tibia magna: igr̃ tu es maior forte per tibiam platonis. Etiã non sequitur: Tu es propinquior asino q̃ fo:. sed brunellus est asinus igitur tu es ꝓpinquior brunello q̃ fo:. tenẽdo ly asino in datiuo casu. In omnibus enim huiusmodi cõsequentijs ꝑ casu possibili posito ꝯ antecedens est verum ⁊ consequens falsuz. ¶ Ultimo additur ly q̃ subsequente: quia ly q̃ ex se non habet vim confundendi mobiliter ſz soluz in comparatione ad ly magis vel minus expressum vl' in comparatiuo subintellectum. ¶ Modo in proposito dico sicut prius dicebaz de ly sicut ⁊ suo redditiuo: q: ly q̃ cum suo comparatiuo vel magis aut minus simul cõfundit ⁊ distribuit subsequente ly q̃: si autem precederet cõfunderet terminum confuse tantum vt q̃ fortis est aliqs homo fortior est fo:. vbi patet ꝯ ly aliquis homo stat cõfuse tantum. Similiter si diceretur: magis fortis est aliqs homo q̃ aliquis asinus: ly homo stat confuse tantum ratione de ly magis: ⁊ ly asinus stat confuse ⁊ distributiue ratione illorum duorum terminorum magis q̃. ¶ Itez si ly q̃ precederet ly magis vel minus simul non possent confundere mobiliter terminum: vt quam fortis est aliquis asinus magis fortis est aliquis homo: vbi patet ꝯ tam ly asinus q̃ ly homo stat confuse tantum: ly asinus ratione de ly q̃ ⁊ ly homo ratione de ly magis. Verũtamen si ly q̃ non teneretur ꝓparabiliter non haberet vim confundendi mobiliter nec imobiliter nisi in comparatione termini cum quo conuerteretur. Et hoc est: q: quandoqz tenetur pure negatiue: vt bonum est sperare in domino q̃ sperare in principibus: vbi patet ꝯ ly principib̃ stat confuse ⁊ distributiue: q: illa propositio equipalz huic bonum est sperare in domino ⁊ non in principibus: quãdoqz tenetur ly q̃ similitudinarie cuius redditiuum tunc est ly tã: vt sic dicendo: q̃ bene legit aliquis homo taz bene legit aliqua mulier: vbi patet ꝯ taz ly homo q̃ ly mulier stat determinate ⁊c̃.

Hiis ergo notãtis restat terminũ cõparatiuum exponere. Exponit̃ igitur per atrributionẽ sui positiui vtroqz extremorum vel comparatorum: ⁊ negationem sui positiui comparabiliter sumpti a secundo comparatorum respectu primi: precedente ly ita vtraqz extremoruz: vt fo:. est fortior platone: sic exponit̃: fo:. est fortis ⁊ plato ē fortis ⁊ non ita fortis est plato sicut fo:. Ideo hec ē vera musca est fortior omni animali: q: sic exponitur musca est fortis ⁊ omne aial est forte ⁊ non ita forte ē oē aial sicꝯ musca. Ideo animal qd̃ est debilius musca est fortius omni animali. Sed falsum est ꝯ tu es sapiẽtior aliquo homine vel q̃ aliquis homo: q: sic exponitur: tu es sapiens ⁊ aliquis homo est sapiens ⁊ nõ ita sapiens est aliquis homo sicut tu qd falsum est: vnde patet ꝯ non es maior nec minor nec eque magnus sicut .a. ⁊ tamen .a. est equalis tibi: ⁊ .a. est maior te: ⁊ .a. est minor te: posito ꝯ ly .a. conuertat̃ cum ly aliquis homo: ⁊ .c. conuertatur cuz ly omnis homo conceditur ꝯ tu es maior ⁊ minor ⁊ ita magnꝰ lic̃ .a. sed nulluz .a. est equale nec maius nec minus te. Ex istis patet ꝯ nulla propositio ē verior illa deus nõ ē: nec aliqd est minus q̃ primum celum nec aliquid maius q̃ anima tua: nec aliquid albius corno nec peior deo: nec potiꝰ velles expendere denarium q̃ decapitari: nec aliquis plus clamat q̃ qui tacet: nec aliquis magis peccauit q̃ christꝰ: omnes iste conclusiones tenẽt per hoc ꝯ comparatiuus presupponit suum positiuum in propositione affirmatiua q: in negatiua non presupponit. Ideo quelibet illaruz negatiuarum propositionũ est vera: q: cuiuslibet contradictorium est falsum vt patet intuenti: ponitur etiã in regula precedẽte ly ita ꝓm extremorum: q: hec propositio .a. est maius q̃ aliquod istorum demonstrando per ly illoz q̃ta illius .a. proportionabilia: dato infinito ꝓm ymaginationem vt pedale bipedale ⁊c̃. non debet sic exponi: a. est magnum ⁊ qd̃libet istorum est magnum ⁊ nullum istorum est ita magnũ sicut .a. que est falsa: ymo ita magnũ ē aliquod istorum sicut .a. q: infinitũ magnum est aliqd̃ istorum ⁊ non maius est .a. Unde est notandum ꝯ vbi finita comparantur non ē differentia ꝓponere vel postponẽ ly ita secundo extremorum sed solum vbi infinita comparantur. Idem enim est dicere: nullus homo est ita fortis sicut plato: ⁊ non ita fortis est aliquis homo sicut plato: ſz non est idem dicere nulla pars q̃titatiua tui est ita magna sicut est aliqua pars q̃titatiua tui: ⁊ non ita magna est aliqua pars q̃titatiua tui sicut est aliqua. Prima enim ē vera ⁊ secunda falsa: q: ita magna est aliqua pars q̃titatiua sicut est aliqua pars q̃titatiua tui. Et si queritur que est illa non detur q: ly pars q̃titatiua stat confuse tantum: Jõ hec propositio est falsa maior est aliqua pars q̃titatiua tui q̃ est aliqua pars q̃titatiua tui: q: tertia exponẽs debet eẽ illa non ita magna est aliqua pars q̃titatiua tui ⁊c̃. que est falsa vt dictum est. Etiam sequitur ista conclusio ꝓm viaz cõmunem ꝯ fo:. iam non est albus ⁊ per totam istaz horam vniformiter albefiet ab aliquo agente extrinseco ⁊ tamen non prius habebit gradum medium q̃ aliquẽ gradum vltra medium: probatur ⁊ pono ꝯ fo:. nõ sit albꝰ: sed ꝯ in eo inducatur tota latitudo albedinis per partem ante partem ab aliquo agente extrinseco. Isto posito patet prima pars conclusionis ⁊ secunda probatur: q: ita cito habebit fo:. gradum vltra medium sicut gradum medium q: si nõ: signo instans pro quo habebit graduz medium pro quo non habebit gradum vltra mediuz. Et arguitur sic: tũc habebit gradum mediuz igitur per aliquaz partem: signetur ergo illa pars: tunc per primam partez illius partis intensior gradus inducetur q̃ per secundaz: quia omne agens nãle fortius agit in partẽ propinquã q̃ remotam ergo in priori instanti per illam medietatem iducetur gradus intensior: ⁊ per consequens tũc habebit gradum vltra medium: ideo debet concedi ꝯ quandocunqz habebit gradum medium habebit gradum vltra medium: ⁊ negari ꝯ prius habebit gradum medium q̃ aliquem gradum vltra mediũ: ymo ita cito habebit gradum vltra medium sicut medium ⁊c̃. Et non mireris ꝯ inuenieriz ꝯ multi sunt gradus medij eiusdem latitudinis: quia vbicunqz est vnus gradus medius ibi sunt infiniti: quia esto ꝯ gradus vt quatuor sit medius gradus: tunc vbicunqz est vna albedo vt q̃tuor ibi sunt infinite: ex quo ipsum subiectum est in infinitum diuisibile. Et si arguitur sic: nullus gradus vltra medium eque cito iducetur sicut gradus medius: igitur non ita cito habebit gradum vltra medium sicut medium vel prius habebit graduz mediũ q̃ vltra medium. ¶ Respondetur negando q̃libet illarum consequentiarum: sed oportet sumi pro antecedente ꝯ non ita cito inducetur gradus vltra medium sicut medium vt prius est probatum. Et si proponitur nunquid

prius erit inductus gradus medius: dicitur ꝙ non: ymo nec for. habebit gradum vltra medium ita cito sicut habebit medium: qz tunc oportebit signare illum quare ⁊c: ponendo tamen instantia indiuisibilia in tempore vt gradus indiuisibiles in latitudine: sicut in tempore datur vnicum instans medium ita in latitudine vnicus gradus quare tūc conceditur: ꝙ for. prius habebit gradum medium q̃z aliquem vltra mediū: qz in medio instanti hore habebit gradum medium ⁊ pro tunc nullum habebit vltra medium: sed tunc incipiet per remotionem de presenti habere aliquem vltra medium hec tamen materia non est tractanda hic. Nunc sequntur conclusiones principaliores in hac materia pertinentes.

Prima est ꝙ in infinitum minor te est aliqua pars tua ⁊ tamen non i infinitum maior aliqua parte tua es: prima pars conclusionis patet: qz plusq̃z in duplo minor te est aliqua pars tua ⁊ plusq̃z i triplo minor te est aliqua pars tua ⁊ sic in infinitum ergo: secunda pars patet. qz non es maior aliqua parte tua: quia si non stet oppositū ⁊ statim sequtur ꝙ es maior corpe tuo: quod est falsum. ¶ Contra primam partem conclusionis arguitur sic: non in infinitum minor te est ista pars tua nec in infinitum minor te est ista pars tua quacūq̃z demonstrata: igitur non in infinitum minor te ē aliqua ps tua. ¶ Contra secundam partem conclusionis arguitur sic: nam si tu non es maior aliqua parte tua ⁊ tu es magnus ⁊ quelibz pars tua est magna: igitur tu es equalis alicui parti tue: quod est contra illud commune principium omne totum est maius sua parte. ¶ Ad ista respondetur. Ad ꝑmum negando consequentiam: qz arguitur respectu secūdi termini: sicut non sequitur: nec omnis homo est hoc animal: nec omnis homo est hoc animal ⁊ sic de singulis: igit̄ nō omnis homo ē animal: certum ē ꝙ consequentia non vz. ¶ Ad secundū concedo ꝙ sum equalis alicui parti mee: quia toti corpori quod est altera pars compositi. Et tunc ad textum: omne totum est maius sua parte: Dico ꝙ sic intelligitur: omne totum sua parte est maius: vel aliter distinguo de parte: qz aliqua est qualitatiua ⁊ aliqua q̃ztitatiua: qualitatiua est tota materia propinqua quaz immediate actuat forma: pars quantitatiua est illa que est maior toto inuās ad compositionē totius. Modo textus intelligit̄ ꝙ omne totuz est maius sua parte q̃ztitatiua. ¶ Contra istā secundam responsionem arguitur: si tu es maior tua parte q̃ztitatiua: igitur tu es maior illa ⁊ illa ⁊ sic de singulis: ⁊ per consequens tu es maior q̃z omnes tue partes qd̄ ē falsum: secundo si tu es maior aliqua parte q̃ztitatiua tui: eadem ratione sequitur ꝙ si tu fuisses continue augmentatus vsqz ad hoc istans presens ꝙ tu fuisses maior q̃z aliqua pars q̃ztitatiua tui: quia tu fuisti magnus ⁊ quelibet pars q̃ztitatiua tui fuit magna ⁊ non ita magna fuit aliqua pars q̃ztitatiua tui sicut tu fuisti: ergo tu fuisti maior ⁊c. ¶ Sed contra q̃ztūcunqz q̃ztitatem tu habuisti tantaz habuit aliqua pars q̃ztitatiua tui: igit̄ tu non fuisti maior ⁊c. antecedens sic: quia si non datur aliquā q̃ztitatem quā habuisti ⁊ tamen non tantam habuit ps tua: ⁊ sit illa. a. tunc tu es maior q̃z. a. q̃ztitas: ergo inter q̃ztitatem tui ⁊ a. cadunt infinite alie q̃ztitates quarum quelibet est maior minori ⁊ minor q̃z est q̃ztitas tui: ⁊ omnem q̃ztitatem citra q̃ztitatem tui habet aliqua pars tui: igitur a fortiori. a. q̃ztitatem que tantum distat habuit aliqua pars tui. ¶ Tertio arguitur sic: omne ꝙ est maius alio excedit illō per aliquem excessum. Si ergo tu es maior aliqua parte q̃ztitatiua tui sequitur ꝙ per aliquem excessuz es maior aliqua parte tui: quo dato notetur ille excessus ⁊ notet̄ totū residuū ab illo tūc signo totū residuū cū medietate excessus: ⁊ seqt̄ ꝙ nō ꝑ totū illū excessū ē maior illa sed ꝑ medietē excessus. ¶ Ad primū dicitur negando primā ꝓsequētiam: quia arguitur copulatim vbi deberet argui copulatine cum debito medio: Ideo hec consequentia est bona tu es maior aliqua parte q̃ztitatiua tui sed hec est pars q̃ztitatiua tui: igitur tu es maior illa ⁊ sic de singulis consimiliter arguendo. ¶ Ad secundum nego consequentiam cū infertur i casu illo ꝙ tu fuisti maior q̃z aliqua pars q̃ztitatiua tui. Et tunc ad probationem istius consequentis nego consequentiam: nec arguitur ab exponentibus ad expositum cum non debeat exponi sed resolui ratione hui̇ verbi fuit quod est primus terminus mediatus in propositione illa. Ideo debet sic argui tunc demōstrato. a. vel. b. instanti tu fuisti maior q̃z aliqua pars q̃ztitatiua tua: igitur tu fuisti maior q̃z aliqua pars q̃ztitatiua tui: consequentia est bona: sed antecedens est falsum: quia vna eius exponens est falsa: videlicet: nō ita magna fuit aliqua pars tua: sicut tu fuisti in. a. vel. b. instanti: quia multe fuerunt partes ꝑ. a. vel. b. instans quarum quelibet fuit maior q̃z tu fuisti in. a. vel. b. instanti: verū tamen bene conceditur: ꝙ maior tu fuisti q̃z fuit aliqua pars tua vt patet per exponētes. Et quando arguitur ꝙ non: quia omnem q̃ztitatem quā tu habuisti habuit aliqua pars tui: ergo non maior tu fuisti ⁊c. negatur consequentia: quia totum antecedens est verum ⁊ consequens falsum. ¶ Ad tertium sophistice conceditur ꝙ per aliquem excessum tu es maior quam aliqua pars quantitatiua tui: quia per te ipsum excedis omnem partem quātitatiuam tui. Sed hec responsio verbalis est quia omne excedens ē diuisibile in excessum: ⁊ illud quo exceditur: qualiter non tūc esset. Similiter per idem sequeretur ꝙ bipedale excederet pedale per bipedale: ⁊ sic tanto excessu excederet totum suam medietatem sicut suam tertiam vel quartam vel milesimam qd̄ non videtur veruz. ¶ Secundo potest responderi ⁊ bene: ꝙ per nullum excessum es maior aliqua parte quātitatiua tui: sicut argumentum clare probauit. Et tunc dico ꝙ illa consequentia non valet omne qd̄ est altero maius excedit illud per aliquem excessum: sed tu es maior aliqua parte quātitatiua tui: igitur per aliquem excessum ⁊c. sicut non sequitur omni numero finito numerus finitus est maior per aliquem excessum: ergo per aliquem excessum aliquis numerus finitus est maior omni numero finito. ¶ Tertio potest subtiliter responderi ꝙ sumendo ly per vt connotat excessum diuisibilē negatur ꝙ omne ꝙ est maius alio excedit illud per aliquem excessum. Et sic ego excedo quālibet partem quātitatiuam mei solum per indiuisibile: sicut vltimum instans hore excedit omnia instantia intrinseca per se: vel sicut illa hora erit posterius quolibet instanti intrinseco per indiuisibile scilicet finē: ⁊ sicut a linea quacunqz sui parte non determinata ad. b. finem est longior solum per. b. finē.

Sed contra istam responsionem arguitur sic: ⁊ signetur. a. linea preter. b. tunc sic: illa est terminata: quia finita sit ergo. c. terminus eius: tunc sic. c. terminat. a. ⁊. b. terminat. a. in eodem extremo: igitur nihil mediat inter. b. ⁊. c. ⁊ per consequens. b. ⁊. c. sunt immediata puncta in eadem linea: quod est falsum. Secundo sequitur ꝙ locus est maior locato ꝙ est contra Aristotelē quarto physicorum. Et consequentia patet cum superficies que est locus sit extra superficiem conuexam locati: sicut. b. vltra quēlibet punctuz intrinsecum. a. Tertio si. a. linea sit maior cum. b. q̃z preter. b. igitur in aliqua proportione ē maior quod est falsum. Similiter addito ipsi. b. alio puncto. d. erit adhuc maior. a. b. ⁊. a. b. maior. a. c. ⁊ sic non q̃ztum additum quāto faceret ipsum maius. Et sic diuisibile componeretur ex indiuisibilibus: ⁊ ex tribus punctis posset vna linea componi que omnia sunt manifeste falsa. ¶ Ad primum respondetur ꝙ est impossibile assignare. a. sine. b. ⁊ si dicatur contra. a. ⁊. b. sunt distincta: igit̄ sic assignare vnum sine alio: dico ꝙ licet sequatur in naturalibus non tamen sequitur in mathematicis quia impossibile est. b. non esse nisi etiam infinita puncta a linee desinant esse: ergo si aliqua pars linee desinat sequitur totam. a. lineam desinere esse ⁊ sic de superficie respectu corporis. ¶ Ad secundum dico de loco ꝙ locus qui est superficies ⁊ superficies corporis bene possunt esse immedia-

te cum sint diuersorum corporum qualiter tamen nõ potest esse de superficie eiusdem corporis ⁊ consequẽter de punctis respectu linee. ¶ Ad tertium respõdeo negãdo quãlibet illarum consequentiarum pro quibus omnibus dico ꝙ sicut impossibile est punctum extremalem corrumpi nisi corrumpantur partes linee vt dictum est. Ita etiam impossibile est addi punctum nisi addantur infinite partes lineales. Ideo additur diuisibile ⁊ indiuisibile precise: quare sequitur ꝙ diuisibile non componitur ex indiuisibilibus ⁊ sic argumentũ non ꝓcedit.

Secunda conclusio est ista: pla. erit albior q̃ sortes ⁊ tamen pla. nũquã erit albior sorte: probatur ⁊ pono ꝙ sortes ⁊ plato ĩ principio istius hore sint equales ⁊ ꝙ manebunt equales per totam istam horam ⁊ continue augmententur equaliter sic ꝙ sortes in vltimo instanti istius hore corrumpetur platone manente. Isto posito patz prima pars conclusionis: quia instãti corruptionis sortis plato erit maior q̃z vnquã erit sortes ex quo sortes nunq̃z habebit tantam quãtitatem quãtam habebit plato pro illo instanti: secunda pars etiã conclusionis patet: quia ad hoc ꝙ plato erit maior sor. requiritur ꝙ in aliquo instanti plato erit maior sorte sed hoc est falsum: quia non ante vltimum instans nec in vltimo instanti: igitur nunq̃z: ꝙ non ante vltimum instans patet: quia continue ante vltimum instans sortes ⁊ plato erunt equales: nec etiam in vltimo instanti: quia tunc sortes non erit. Ideo licet plato habebit maiorem quãtitatem q̃z habebit sor. non propter hoc sequitur ꝙ erit maior illo: quia non acquiret maiorem quãtitatem q̃z sor. Unde posito cum toto casu ꝙ vterq̃z si remaneret in fine foret tripedalis quãtitatis: tũc dico ꝙ sortes acquiret tripedalẽ quãtitatez ante vltimum instans: ⁊ similiter plato: verũtamẽ neutro tirpedalis quãtitas: erit acquisita ante vltimum instans. Et sic cõceditur ꝙ vterq̃z acquiret tripedalez quãtitatem anteq̃z ipsa erit acquisita: quia vterq̃z illorum acquiret tripedalez quantitatem ante vltimum instans sed ipsa nunq̃z erit acquisita ante vltimũ instans sed primo in vltimo instanti. ¶ Sed contra ista dicta arguitur sic: primo probando ꝙ neuter illorum acquiret quãtitatem tripedalem ante finem illius hore: quia non ante medium instans nec in medio instanti: nec post medium instans acquiret aliquis illorum tripedalem q̃z titatem: igitur nunquam: vnde simus ĩ medio instanti ⁊ arguitur sic: Ista quantitas prius fuit acquirenda ab aliquo illorum ⁊ iam non est acquisita ab aliquo eorum: igitur adhuc remanet acquirenda: consequens falsum. ¶ Secundo arguitur sic ꝙ sortes acquiret aliquam quãtitãtem que nunquam erit acquisita: quia sortes acquiret tripedalez quãtitatez que nunquã erit acquisita: quia ipse nunquã erit tripedalis quãtitatis. ¶ Ad ꝑmum respõdeo concedendo ꝙ aliquis illorum ymo vterq̃z illorum acquiret tripedalez quãtitatem ante finem illius hore: nõ tamẽ in aliquo instanti nec in aliqua parte illius hore sed in tota hora acquiret tripedalez quãtitatem ⁊ in parte hore partem illius tripedalis quãtitatis: quia idez est dicere acquiret ⁊ complete acquiret: ideo quia non complete acquiret aliquis illorum illam quãtitatem in aliquo instanti nec in aliqua parte istius hore. Ideo neuter illorum acquiret illam quãtitatem in aliquo instanti nec in aliqua parte istiꝰ hore: sed adequate in tota hora. ¶ Et quando arguit ꝙ nec in medio instanti: nec ante nec post: ergo nunquã: negatur consequentia. Sed esto ꝙ simus in medio instanti nego illam consequentiam ista quãtitas prius fuit acquirenda ab aliquo illorum ⁊ iam non est acquisita ab aliquo eorum: igitur remanet acquirenda: sicut non sequitur: isti duo homines fuerunt videndi a te ⁊ adhuc non sunt visi a te: igitur adhuc remanent videndi a te posito ꝙ vnꝰ sit visus a te ⁊ alius non. ¶ Ad secundum dico ꝙ tripedalis quãtitas quam sor. acquiret ante finem illius hore erit acquisita non sorti sed eius cadaueri quia illud cadauer in fine erit tripedalis quantitatis. Et ideo ille sortes acquiret tripedalem quantitatem non sibi sed eius cadauer: iplato vero acquiret tripedalẽ quãtitatez sibi: quia manebit pro fine. Et sic conceditur ꝙ sortes acquiret aliquam quãtitatem quam nunquam habebit: sed non acquiret aliquam quãtitatem sibi quin illam habebit: ⁊ sic acquiret aliquaz quãtitatem quam non acquiret sibi. ¶ Sed ꝗ dicunt quidam ꝙ sor. habebit tripedalem quãtitatem ante finẽ sz tñ in nullo instanti: sicut acquiret illã ⁊ in nullo instãti. ¶ Cõtra istam responsionem arguitur sic: ⁊ signo illaz tripedalem quãtitatem que erit ante finez illius hore ⁊ tamen in nullo instanti: ⁊ signo totum tempus anteq̃z erit ⁊ totum tempus per qõ erit ⁊ instans copulans illa duo tempora simul: tunc illud instans vel erit ante finẽ hore vel in fine. Si primo modo habetur propositum ꝙ illa erit in aliquo instanti ante finem. Si in fine habet iterum propositum scilicet ꝙ illa non erit ante finem. ¶ Item signo vnuz corpus ꝙ successiue generabitur qõ erit. b. ⁊ ꝙ illud erit cõplete generatum in fine istius hore: tunc per responsionẽ. b. erit ante finem illius hore: quo dato sequitur ꝙ. b. corpus incipiet esse ⁊ tamen in nullo instanti ꝙ est manifeste falsum. ¶ Item sequitur ꝙ aliqua duo simul erunt ⁊ tamen in nullo instanti: quia sortes ⁊ illa tripedalis quãtitas erunt ante finem illius hore: ⁊ tamen nunq̃z simul erunt ante finem illius hore: quia nunquã ante finez illius hore erit sor. tripedalis quãtitatis. ¶ Item sequitur ista cõclusio: ꝙ aliqua fuerunt immediata que in nullo instanti fuerunt immediata: posito ꝙ sortes ⁊ plato distarent ⁊ appropinquabunt per totam illam horam quousq̃z se tangant: tunc simus in vltimo instanti: ⁊ sequitur ꝙ sortes ⁊ plato fuerunt immediati ⁊ tamen ĩ nullo instanti. Ideo dicitur omnino sicut prius ꝙ plato acquiret ante finem maximã quãtitatem quam ipse habebit: sed sortes nunquam acqret maximam quãtitatem quam ipse habebit: quia nulla erit maxima quam ipse habebit: quoniã ipse habebit omnem q̃z titatem citra tripedalem cuz tripedalis q̃z titas erit minima quam non habebit.

Tertia conclusio est ista Sortes in infinitum erit albior quaz plato incipit esse albus ⁊ tamen solum modo per finituz ipse erit albior q̃z plato incipit esse albus: probatur conclusio ⁊ pono ꝙ sortes ⁊ plato nunc primo incipiant esse albi ⁊ sit neuter eorum albus: ⁊ intendantur eorum albedines equaliter ceteris paribus: isto posito patet prima pars conclusionis: quia sortes plus q̃z in duplo erit albior quã plato incipit esse albus ⁊ plus q̃z in triplo erit albior quã plato incipit esse albus ⁊ sic deinceps: igitur sortes in infinitum erit albior q̃z plato incipit esse albus. ¶ Secunda pars etiam patet: quia sortes per finitum erit albior q̃z plato incipit esse albus ⁊ per nullum alium gradum q̃z per gradum finitum erit ipse albior q̃z plato incipit esse albus: igitur solum modo per finitum erit ipse albior q̃z plato incipit esse albus. ¶ Contra primam partem conclusionis arguitur sic. Si in infinitum erit sortes albior q̃z plato incipit esse albus: ⁊ plato incipit esse albus: ergo sortes in infinitum erit albus: consequens falsum: quia solũ modo finite erit albus cum nunquã gradum infinitum albedinis habebit vel acqret. ¶ Secũdo arguitur sic: Si sortes in infinitum erit albior q̃z plato incipit esse albus: igitur plato in infinitum incipit esse minus albus q̃z tunc erit sortes: ⁊ si sic: igitur cum plato nunc non sit albus ipse immediate post hoc erit in infinitum minus albus q̃z erit sortes qõ est impossibile. ¶ Tertio arguitur sic gradu finito plato incipit esse albus: sed solum modo gradu finito sor. erit albus: igitur sortes non in infinitum erit albior q̃z plato incipit esse albus: consequentia patet cum minori maior probatur: quia plato incipit esse albus gradu finito: igitur eodez gradu ipse incipit esse albus. ¶ Et cõfirmatur: quia sequitur: sortes erit albior q̃z plato incipit esse albus: ergo sortes aliquo gradu erit albus: ⁊ aliquo gradu plato incipit eẽ albus: consequẽtia ꝑz a simili: quoniam bene sequitur: sortes est albior platone: igitur sortes

aliquo gradu est albus ⁊ plato similiter aliquo gradu est albus quare ⁊c. ¶ Quarto arguitur sic: Sor. non erit albio: q̃ plato incipit esse albus: ergo nõ ĩ infinitum erit albio: ⁊c. antecedens sic: quoniam si sor. erit albio: q̃ plato incipit esse albus ⁊ iam non est albio: q̃ plato incipit eẽ albus: igitur incipit vel incipiet esse albio: q̃ plato incipit esse albus: consequens est falsum: igitur ⁊ antecedens nõ mino: igitur maior. Et q̃ consequens sit falsum probat: primo q̃ sor. non incipit esse albio: q̃ plato incipit esse albus: quia sortes ⁊ plato incipiunt equaliter esse albi vt patet ex casu: igitur sortes incipit esse precise ita albus sicut plato incipit esse albus. Et vltra igitur sortes non incipit esse albio: q̃ plato incipit esse albus. Q.ŏ autem sortes nũq̃ incipiet esse albio: q̃ plato incipit esse albus probatur: q: si sic: sit ergo q̃ in .a. instanti post hoc instãs. Et arguo sic: sor. ⁊ plato erunt eque albi in .a. instanti: ⁊ plato erit albio: in .a. q̃ nunc incipit esse albus vt patet ex casu: q: continue intenditur albedo in platone: igitur sortes erit albio: in .a. q̃ plato icipit esse albus. Et vltra igitur ante .a. erit sor. albio: q̃ plato incipit esse albus: igitur in .a. nõ incipiet esse sor. albio: q̃ plato incipit esse albus qõ erat probandum. ¶ Contra secundam partez conclusionis arguitur sic: Non est dare maximum excessum per quem sortes erit albio: q̃ plato incipit esse albus: igitur non per solum finitum sor. erit albio: quam plato incipit esse albus: consequentia patet: ⁊ antecedens probatur: quia quocunq̃ excessu dato quo sor. erit albio: q̃ plato incipit esse albus non p illũ pcise erit sor. albio: q̃ pla. incipit eẽ albꝰ.

Ad hec argumenta respondeꝯ. Ad primum concedo q̃ in infinitum erit sor. albio: q̃ plato icipit esse albus. Et vlterius nego consequentiam illaz q̃ inferꝯ q̃ sor. erit in infinitum albus. Et causa est: q̃ nullus erit primus nec remississimus gradus albedinis in platone per quez sine medio albedo in platone comparabitur albedini que erit in sorte. ¶ Et si arguitur probando illam consequentiaz: quia comparatiuum presupponit suum positiuũ. ¶ Dicitur concedendo: propterea bene sequitur sor. in infinitũ erit albio: q̃ plato incipit esse albus: igitur sor. erit albus: quia comparatiuum sumptum cum determinatiõe non presupponit suum positiuum cum eadẽ determinatiõe ⁊ maxime quia non fit comparatio inter aliquos certos gradus albedinis. ¶ Ad secundũ dicitur negando consequẽtiam primam. Sed seqꝯ q̃ in infinitum incipit plato esse minus albus q̃ erit sor. ⁊ hoc est verum: quia plusq̃ in duplo minus albus incipit esse plato q̃ erit sor. ⁊ plus q̃ in triplo minus albus incipit esse plato q̃ erit sor. ⁊ sic in infinitum quare ⁊c. ¶ Ad tertiuz nego q̃ gradu finito plato incipit esse albus: sed bene concedo q̃ incipit esse albꝰ: gradu finito ex quo non sequitur q̃ aliquo gradu plato incipit esse albus: q: arguitur a termino stante confuse tantum ad eundem stantem determinate. Et tunc ad confirmationem nego consequentiam: Et tunc ad similitudinẽ non valet similitudo: q: in vna fit comparatio respectu alicuius certi gradus albedinis ⁊ in alia non. Et ex alio ꝯ q: in prima consequentia arguitur cuz terminis compositis ⁊ in scõa cum terminis simplicibus. ¶ Ad quartuz dico q̃ sor. incipit esse albio: q̃ plato incipit esse albus. Et tunc ad argumentum: sor. ⁊ plato incipiunt esse equaliter albi: igitur sor. incipit esse precise ita albus sicut plato incipit eẽ albus: nego consequentiam: q: sor. imediate post hoc nõ erit precise ita albus sicut plato icipit esse albus: ymo erit albio: q̃ plato incipit esse albus: Et si arguitur sic: sor. incipit esse albio: q̃ plato incipit esse albus: ergo plato incipit esse minus albus q̃ sor. incipit esse albus: negatur cõsequentia: q: plato incipit esse albio: q̃ sor. incipit esse albus: ymo vterq̃ illorum incipit esse albio: q̃ ipsemet incipit esse albus: hec omnia patent per illud argumentum per qõ probatur q̃ sor. est albio: q̃ plato icipit esse albꝰ. ¶ Ad argumentum contra secundam partem conclusionis respondeo concedendo q̃ solum per finitum sor. erit albio: q̃ plato incipit esse albus: sed nõ est dare maximũ excessum: q: sub nullo gradu plato immediate post hoc erit albus. Ideo per nihil precise vel adequate erit sortes albio: q̃ plato incipit esse albus: sed de presenti est impossibile q̃ sor. est albio: platone ⁊ per nihil adequate: ⁊ causa est: quia si aliquis illorum est albus: est albus sub aliquo certo gradu: sed non sic est de immediate post hoc. Unde licet immediate post hoc erit albus sub aliquo gradu sub nullo tamen gradu immediate post hoc erit albus ⁊ sicut est de illo comparatiuo sic est de quocunq̃ alio nam omne totum est maius sua parte q̃titatiua: ⁊ tamen nõ est dare maximam proportionem qua est maius sua parte q̃titatiua: quia omne totum in infinitum sua parte est maius vt patet per exponentes. Nam aliquod totum in infinitum sua parte est maius ⁊ nullum est totum quin illud in infinitum sua parte est maius: quia si non detur oppositum: q̃ aliquod est totum q̃ non in infinitum aliqua sua parte est maius: ⁊ sit illud .a. contra .a. plusq̃ ĩ duplo aliqua sua parte est maiꝰ: ⁊ plusq̃ in triplo aliqua sua parte est maius: ⁊ sic in infinitum: igitur .a. in infinitũ sua parte est maius: consequentia pz ⁊ antecedens similiter pro qualibet sui parte vt patet intuenti.

Quarta conclusio est ista: In infinitũ citiꝰ erit aliqua ps pertransita q̃ ipsum .a. ⁊ tamen nõ ĩ infinitum tardiꝰ erit .a. pertransitum q̃ aliqua eius pars: hec conclusio probatur: ⁊ pono q̃ sor. incipiat pertransire .a. vel partem .a. sic q̃ in fine huius hore future erit .a. pmo pertransitũ Isto posito patet prima pars conclusionis: q: plusq̃ in duplo citius erit aliqua pars pertransita q̃ totum .a. ⁊ plusq̃ in triplo citius ⁊ sic in infinitum: igitur in infinituz citius erit aliqua pars pertransita q̃ totum .a. consequentia patet ⁊ antecedens similiter pro qualibet parte: quia immediate post hoc erit aliqua pars .a. pertransita: ⁊ non immediate post hoc erit .a. pertransituz sed in fine hore erit primo pertransitum. ¶ Secunda pars conclusionis probatur sic: quia si in infinitum tardius erit .a. pertransitum q̃ aliqua eius pars ⁊ cum aliqualiter tarde erit aliqua eius pars pertransita ergo in infinitum tarde erit .a. pertransituz quod est falsum: quia tardius pertransietur aliud ab .a. qõ erit pertransitum in secunda hora futura. Similiter si non sit ita: sequitur q̃ non prius erit prima pars proportionalis .a. pertransita q̃ secunda: cõsequens est manifeste falsũ: ⁊ consequentia probatur: q: si in infinitum tardius erit .a. pertransitum q̃ secunda pars eius proportionalis ⁊ similiter q̃ prima ⁊ per consequens non tardius erit secunda pars proportionalis ptransita q̃ prima qõ erat probandum. Et iuxta hoc conceditur q̃ in infinitum tardius mouetur aliquis punctus in celo q̃ ipsum celum: ⁊ tamẽ nõ in infinitum velocius mouetur celum q̃ aliquis eius punctus: quia omni velocitate qua mouetur ipsum celũ mouetur aliquis eius punctus. Et omni tarditate qua mouetur aliquis eius punctus mouetur ipsum celum: non tamen ita tarde mouetur ipsum celum sicut aliquis eius punctus: quia ifinita tarditate mouetur aliquis eius punctus: ideo ista consequentia non valet: omni tarditate qua mouetur aliquis punctus celi mouetur ipsum celum: sed infinita tarditate mouetur eius punctus: igitur infinita tarditate mouetur ipsum celum. ¶ Contra primam partez istius conclusionis arguitur sic: Immediate post hoc erit .a. pertransitum: igitur non tardius erit aliqua pars .a. pertransita q̃ ipsum .a. consequentia patet: ⁊ antecedens probatur: q: imediate post hoc erunt infinite partes .a. ptransite ergo imediate post hoc erunt omnes partes .a. pertransite. Et si sic imediate post hoc erit .a. pertransitum: consequentia prima patet: quia non plures q̃ infinite sunt omnes partes .a. Et secunda consequentia similiter patet: q: ipsum .a. non distinguitur a suis partibus collectiue sumptis.

Contra secundam partem conclusionis arguiꝯ sic: q̃z

pars a.erit pertrãsita sed a.nunq̃ erit pertrãsitũ.igit ꝛc.
consequentia patet cum maiori ꝛ minor probatur. Maz
sor.nunq̃ pertransibit a.ergo a.nunq̃ erit pertransitum
a sorte.consequentia pz ꝛ antecedens ꝓbatur: qꝛ sor.nõ
pertransibit a.ante b.instans sit b.instans vltimuz istius
hore future nec in b.instanti nec post b.instans igit nun-
q̃.Q: autẽ non pertransibit a.ante b.instans pz qꝛ in nul
lo instanti nec in b.nec post b.qa tunc erit pertransitum.
¶Secundo arguit sic: In nullo instanti istius hore erit
ita ꝙ sor.pertransit a.spatiũ ergo sor.non pertransibit a.
spatium cõsequentia ꝓbatur:qꝛ si sor.pertransibit aliqõ
spatium oportet ꝙ aliquando sit ita ꝙ ipse pertransit il
lud spatium:eo ꝙ propositio vera ꝛ affirmatiua de futu
ro relinquit sibi vnam veram de presenti: vt pz a simili.
Sequitur enim sor.curret:igitur aliquãdo erit ita ꝙ sor.
curret.Sed ꝙ in nullo instanti erit ita ꝙ sor.pertrãsibit
a.spatiuz probatur:qꝛ non est possibile ꝙ aliquod quod
successiue fiet fiat instanti.Cum igitur a.spatium succes
siue pertranseatur.igitur non est possibile ꝙ a. spatium
pertranseatur in instanti.quare ꝛc.

Ad argumentum contra primaz partẽ conclusionis respon
deo negando ꝙ imediate post hoc erit a.pertrãsituz.Et
tunc ad probationẽ nego illam ꝓñaz: imediate post hoc
erunt infinite partes a.pertransite.igitur imediate post
hoc erunt oẽs partes a pertransite:qꝛ licet oẽs partes a.
nõ sunt plures q̃ infinite tñ q̃libz pars a.est infinite par
tes que nõ sunt oẽs partes a.nec ipm a. Ideo qꝛ imedia
te post hoc erit aliqua pars pertrãsita erunt infinite par
tes transite ꝛ nõ oẽs partes a.cum istud sit impossibile.
¶Aliter tamẽ solet rñderi negando ꝙ immediate post
hoc erunt infinite partes a.pertrãsite:qꝛ in nullo ꝛtinuo
sunt infinite partes ꝑm istam opinionẽ:sed bene in quo-
libet continuo sunt ifinite partes ꝓportionales ꝛ ex hoc
dicit ista opinio non sequitur ꝙ ifinite partes sunt in cõ
tinuo:qꝛ arguitur ab inferiori ad suũ superi⁹ cũ distribu
tione.Q: aũt in nullo cõtinuo sunt infinite partes argui
tur sic:qꝛ in nullo continuo sunt plures q̃ due partes:er
go in nullo continuo sunt infinite partes. ꝓña pz ex signi
ficatione terminoꝝ ꝛ antecedẽs ꝓbat sic:qꝛ in nullo cõ-
tinuo sunt plures partes quã due medietates. ꝓbatur.
Mã due medietates sunt q̃tuor q̃rte octo octaue:ꝛ sic in
infinitũ:qꝛ totũ est sue partes sz nullius ꝛtinui sunt plẽs
partes q̃ quattuor q̃rte octo octaue:ꝛ sic infinitum.igi-
tur ꝛc.¶Et lz hec opio posset ꝓbabiliter sustineri tñ qꝛ
est contra cõem modũ loquẽdi sustineo rñsionem ꝑorez:
concedendo sicut prius ꝙ imediate post hoc erunt infini
te partes a.pertrãsite ꝛ ꝙ in quolibz ꝛtinuo sunt infinite
partes:Et tunc ad arg⁹.In nullo ꝛtinuo sunt plures q̃
due partes ergo in nullo continuo sunt ifinite partes.re
pondeo distinguẽdo añs ꝓpter duplicẽ sensuz.põt enim
significare ꝑmo ꝙ nulla magnitudo est tot partes quin
tot sint due partes:vel ꝙ in nulla magnitudine icludun
tur tot partes:qn ẽt tot icludant in duab⁹ partib⁹.¶Se
cundo põt significare ꝙ in nulla magnitudine est maior
numerus partiũ dualitate ita ꝙ nulla talis magnitudo
vl ꝛtinuũ habeat in se alias partes ꝑter illas duas. scõ
mõ cõcedo ꝓñam:ꝛ nego añs:qꝛ falsuz est vt cuilz pz. Sz
ꝑmo mõ nego ꝓñam:qꝛ hec ꝓpõ infinite sũt partes in cõ
tinuo significat ꝙ non est tantus numerus partiũ in con
tinuo quin adhuc sit maior illo qõ veruz est.Et tunc ad
ꝓbationẽ ꝓñe nego argumentũ:qꝛ si ille modus arguen
di valeret posset argui ꝙ in ꝛtinuo nõ sunt infinite par-
tes ꝓportionales qõ est ꝗ opinionẽ. ꝓbat. In nulla ma-
gnitudine sunt plures q̃ due partes ꝓportionales.ergo
in nulla magnitudine sũt plẽs q̃ due partes ꝓportiona-
les:ꝓña tz per opinionẽ ꝛ añs sil ꝓbat:qꝛ due partes ꝓ-
portionales sunt due medietates ꝛ quattuor q̃rte ꝛ octo
octaue ꝛ sic in infinitum:sed nullius cõtinui sunt plures
partes ꝓportionales q̃ due medietates ꝛ q̃tuor quarte
ꝛ octo octaue.igitur ꝛc. ¶Ulterius vt ꝙ hec dicta opi-
nio dicat repugnatia ꝓcedendo ꝙ in magnitudine sunt
infinite partes ꝓportionales ꝛ non infinite partes. Maz
ez negatiue in oibus termis valz ꝓsimilis ꝓña a suprori
ad suuz inferius.sequtur.n.nõ sunt infinita aialia.igit nõ
sunt infiniti homines nõ sunt infinita q̃ta.igitur nõ sũt
infinita bicubita vel tricubita:nõ sunt infinite q̃litates.q̃
non sunt infiniti colores:ꝛ nullibi reperit instãtia. igitur
ita in ꝓposito sequtur:nõ sunt infinite partes ergo nõ sũt
infinite partes ꝓportionales:ꝛ per ꝓñs ex opposito seqt
sunt ifinite ptes ꝓportionales.igitur infinite partes. Et
tunc qñ dr ꝙ ibidem arguit ab inferiori ad suũ superi⁹
cũ distributione:negatur:eo ꝙ ille terminus partes tam
in añte q̃ in ꝓñte stat confuse tñ:ꝛ nõ distributiue: qꝛ ly
ifinitũ terminũ in se inclusuz confundit ꝛ distribuit ꝛ ter
minũ explicitũ imediate se sequentẽ cõfundit ꝓfuse tñ:
mõ nõ est incõueniens ꝙ ab inferiori ad suũ superi⁹ stãs
confuse tñ valeat ꝓña. Sequtur enim formalr oꝰ hõ est
animal.igit oꝰ hõ ẽ sub a.Et sic pz solutio. ¶Ad p̃m ar
gumẽtũ ꝗ scõaz partẽ ꝓnis rñdeo negãdo ꝙ sor. nõ per-
transibit a.Et tunc ad argumẽtũ dico ꝙ pertransibit a.
ante b.lz in nullo instãti. Et hoc cõiter est vez in actio-
nibus quaꝝ effect⁹ successiue fiunt ꝛ non in aliquo instã
ti complete:vnde nõ opz ꝙ si tu pertrãsibis aliqõ spatiũ
ꝙ aliquo instãti pertrãsibis illud:vel si tu diuides aliqõ
corp⁹ ꝙ in aliquo instanti diuides illud:imo nec sequtur:
tu numerabis aliquẽ numez.igr nũerabis illũ in aliquo
instãti.Sz bñ sequtur tu tanges hoc vel illud.igit in aliq̃
instãti.Sil sequtur:tu videbis illuz vel audies illuz q̃ in
aliquo instanti videbis vel audies illum:qꝛ tu nõ potes
tangere audire vel videre illuz:nisi sic facias in aliq̃ in-
stãti.q̃re ꝛc.¶Ad z⁹ arg⁹ qñ dr ꝙ in nullo instanti illi⁹
hore erit ita ꝙ sor.pertrãsibit a.spatiũ.igit ꝛc. rñdet ꝑm
diuersitas opiniões quaꝝ quelibz vt mihi videt ꝓbabi-
lis est. Prima.n.ponit ꝙ in quolibz instãti isti⁹ hore erit
ita ꝙ sor.pertrãsit a.spatiũ qꝛ idẽ est dicere sor.pertrãsit
a.spatiuz ꝛ sor.est in pertrãseundo a.spatiũ. Et iõ si sor.
pertrãsibit aliqõ spatiũ ipse pro quolz instãti pertrãsibit
illud:qꝛ in quolibz instanti erit in pertranseundo illud ꝛ
sic infinities pertrãsibit:qꝛ infinities erit in pertranseun
do:vlterius cõcedit illa opinio:ꝙ hoc spatiũ nunq̃ erit
pertransitũ ante vltimũ instãs totius pertrãsitionis. Iõ
cõcedit ꝙ infinities pertrãsibit sor.illud spatiũ ꝛ tñ se-
mel erit pertrãsitũ puta in vltimo instãti. Tertiũ qõ dicẽ
illa opinio ẽ ꝙ nihil pertrãsibit aliqõ spatiũ nisi ꝛtinua-
bit quousqz erit ꝓpletũ ꝑm se ꝛ quãlibz eius partẽ.

Contra istam opiñ. Arguitur sic: ꝛ po
natur vt prius ꝙ
sor.pertrãsibit a.spatiũ adequate in ista hora ꝛ simus in
medio instãti isto posito sequunt plures ꝓclones.

Prima conclusio est ꝙ sortes infinities
pertransibit a.spatiũ:
ꝛ tamen potest esse ꝙ ipse nunquam pertransibit illud
spatium.prima pars.patet.quia infinities fuit in pertrã
seundo illud spatium.Et secunda pars patet ꝙ ipse po
test cessare iam a motu non pertranseundo aliquid ista⁹
spatij ꝛc. ¶Secunda conclusio est ista ꝙ sor.infinities
pertransiuit a.spatium:ꝛ tamẽ illud nunquam fuit per-
trãsitum:patet quia illud nunq̃ erit pertransitum ante
vltimum instans.¶Tertia conclusio est ista ꝙ a.ꝛ b.mo
uebuntur ꝛ a.in centuplo velocius b.ꝛ illud qõ in centu
plo tardius mouebitur in centuplo plus pertrãsibit:po-
natur ꝙ a.mouebitur in cẽtuplo velocius b super lineã
in centuplo minorem in ista hora.¶Quarta cõclusio est
ista ꝙ sor.subito pertransibit totum suum spatium ꝛ q̃
cito pertrãsibit aliquam eius partem pertrãsibit totuz:
patet:quia subito erit in pertrãseundo totum suum spa
tium ꝛ q̃ cito pertrãsibit aliquam eius partẽ erit in per-
trãseundo totuz. ¶Quita cõclusio est ista ꝙ sortes ꝛ pla
to cõtinue per totam istam horam eque velociter moue
buntur ꝛ continue erit ita ꝙ maximum pertransitum a
sorte est equale maximo pertransito a platone: ꝛ tamen

continue per eandem horam erit ita q̃ sortes pertransiuit in centuplo plusq̃ plato:ponatur q̃ sor.⁊ plato eque velociter mouebuntur per totam istam horam ⁊ q̃ sortes mouebitur super lineã centupedalez illã pertrãseundo in quãto tempore sufficit. Et q̃ plato mouebitur super lineã pedalem quã pertransiuit adequate in ista hora:quo posito sequitur conclusio. ¶ Serta conclusio est ista:q̃ aliquod agens imediate post inducet totaz latitudinẽ albedinis a non gradu vsqz ad gradũ summũ:⁊ hꝰ in instanti ⁊ tamen nullus graduz albedinis immediate post hoc habebit:immo per totuz annũ non habebit gradum summũ:vt posito q̃ aliquod agens inducet totam latitudinẽ albedinis a non gradu vsqz ad gradnz sũmũ in isto anno:tunc sequitur conclusio. Et licet he conclusiones absurde videantur:tamen omnes cõcederet opinio predicta. ¶ Secũda opinio ponit q̃ impossibile est sortẽ pertrãsire aliquid de presenti:sed bene concedit q̃ sor.pertransibit ⁊ pertransiuit aliquid. Et tũc concedit q̃ sortes pertransit:sed non pertransit aliquid: imo pertransit ⁊ nihil pertransit: Sortes profert sed non profert aliquã vocez:imo nihil profert: loquitur ⁊ nihil loquit: dicit ⁊ nihil dicit. Et sic sapiẽtissimus homo mundi nescit quid dicit vel quid loquatur: licet loquatur cuz magna deliberatione. Et similiter ꝛcedit q̃ tu nescis qd dicis.respõdes.⁊ nihil loqueris:omnes iste cõclusiones sunt concedende ꝑm istã viam:quia ad oẽs tales actus requiritur tempus:quia nõ possum pertransire aliquod spatiũ vel proferre aliquã vocem in vno instanti. ¶ Secundum q̃ dicit ista opinio est q̃ sortes numquam pertransibit nisi quando complete pertransibit illud: vnde idem est dicere pertransibit ⁊ complete pertransibit. Et si arguitur probando q̃ possibile est sortem pertransire aliquod spatium:quia sortes potest pertransire aliquod spatiuz. Et etiaz possibile est sortez pertransire aliquod spatiuz.respondetur negando vtrãqz illarum consequẽtiarum:quia arguitur a sensu diuiso vero ad sensum cõpositum falsuz. ¶ Tertia opinio precedentibus contraria ponit q̃ sortes pertransit hoc spatium: sed non pertransit illud in hoc instanti:quia nihil potest pertransire in instanti sed in tempore.

Contra istam opiñ. Arguitur sic. Istaz illa data sequitur q̃ nihil mouetur in instanti:⁊ q̃ motus non est in instanti:imo nec tempus. Et per consequens nullum successiuum quod est falsum:quia successiua sunt res aut diuisibiles aut indiuisibiles:si indiuisibiles igit̃ ita vere sunt in instanti:sicut puncta vel anima intellectiua. Si diuisibiles aut extense aut multiplicate. Si extense igitur ita vere sunt in instanti sicut albedo ⁊ nigredo. Si multiplicate igitur ita vere sunt in instãti sicut anima intellectiua. ¶ Ad illud respondetur concedendo q̃ nihil mouetur in instanti:sed negat̃ q̃ motus non est in instanti nec tempus:q̃ sicut mobile est in instanti:ita motus ⁊ tẽpus: quia motus est mobile quod mouetur: ⁊ tẽpus est p̃mus mobile q̃ mouetur ꝑm prius ⁊ posterius. Ideo concedit̃ q̃ motus est in instanti:⁊ tempus est in instanti:ſz negatur q̃ motus est motus in instanti:vel q̃ tempus sit tẽpus in instanti. Unde ista propositio motus est in instanti significat q̃ mobile q̃ mouetur est in instanti. Et ista tempus est in instanti signat q̃ primuz mobile quod mouetur ꝑm prius ⁊ posterius mouetur in instãti:modo certum est q̃ sic significando quelibet illaruz est vera:sed ꝑ propositio motus est motus in instanti significat q̃ mobile q̃ mouetur est mobile q̃ mouetur in instanti quod falsum est. Et similiter hec propositio tempus est tempꝰ in instanti significat q̃ primũ mobile quod mouetur ꝑm prius ⁊ posterius mouetur ꝑz prius ⁊ posterius in instanti quod est impossibile ꝑm istam viam. Et si arguitur q̃ in illa propositione motus est motus in instanti:predicatur idem de seipso:negatur:quia subiectuz est precise ly motus ⁊ predicatum est ly motus in instanti. Ideo licet negetur q̃ motus est motus in instanti:tamen bene concedit̃ q̃ motus est motus:⁊ q̃ tempus est tempus:nec ex hoc sequitur aliquod inconueniens. ¶ Quarta opinio his precedentibus contraria ponit q̃ impossibile est sortem pertransire vel moueri:immo hec propositio est falsa ⁊ ipossibilis motus est:sed quelibet illarũ est necessaria motus fuit:motus erit:aliqd mouebat̃ aliqd mouebit̃. Isti enĩ sustinent q̃ motus distinguit̃ a re mobili.

Contra istam opionem. Arguit̃ sic. Istaz vt videtur ipsa destruit totũ processuz Aristo.qui in oibus suis libris presupponit motuz esse: dicit enim in tertio physicoruz q̃ motus est de numero continuorum: ex quo sequitur q̃ motus est:tanquã a tertio adiacente ad secunduz adiacens. Item in primo celi habet q̃ motus celi est perpetuus ⁊ sempiternus.ergo motus est. Itez in primo physicorũ improbat Aristoteles antiquos negantes motum esse. Item motus est sensibile commune per Aristo.secundo de anima.ergo motus est.

Ad ista respondetur q̃ Aristoteles p totuz processuz suum nihil aliud intendit nisi q̃ continue ante hoc fuit motus ⁊ continue post hoc erit motus. Et q̃ hoc sit de intentione eius patet:quia in quarto physicorum.dicit. omnem motum fieri in tempore:modo differentie temporis sunt preteritum ⁊ futuruz que non sunt:sed preteritum fuit ⁊ futurum erit. Et quando dicitur q̃ motus est de numero continuoruz dicitur q̃ ipsa de virtute sermonis est falsa:ſz ponitur pro ista: immediate ante hoc motus continue fuit: ⁊ immediate post hoc motus continue erit. ¶ Ad secundum dicitur q̃ philosophus non ponit illam veram in sensu proprio:sed pro illa in quolibet tempore preterito motus celi fuit ⁊ in quolibet tempore futuro motus celi erit. ¶ Vel dicitur q̃ ista consequentia non valet:motus celi est continuus ⁊ sempiternus.igitur motus celi est:quia arguitur a tertio adiacẽte ad secundum adiacens cum termino distrahente videlicet continuus ⁊ sempiternus. ¶ Ad tertium dicitur q̃ Aristote.non redarguit antiquos:quia negabant motum esse:sed quia negabant motum fuisse in entibus:et etiam posse moueri in futurum: Ideo posuerunt vnum ens in mobile:non tamen negantes motuz sed mobilitatem. ¶ Ad quartum dico q̃ philosophus non intendit q̃ motus sit aliqua res que sit sensibile cõmune vel que sit sensibilis a pluribus sensibus: sed intendit q̃ ille terminus motus continue ante hoc signauit plura sensibilia diuersorum sensuum ⁊ continue post hoc sic significabit. ¶ Vel potest dici q̃ hec consequentia non valet motus est sensibile cõmune.igitur motus est:quia arguitur a tertio adiacente ad secundum adiacens cum termino desinente in bile qui est terminus distractiuus ⁊c. ¶ Quinta opinio his omnibus contraria ponit q̃ motus est:⁊ nihil est. dicit enim q̃ quidam sunt termini qui in eorum conceptu diffinitiuo nullam complexionẽ verbalez includunt:vt ly homo ⁊ ly animal. Et qui sunt termini simplices: Importantes in eorum conceptu diffinitiuo complexa vera vel falsa:vt ly tẽpus ⁊ ly motus. Cũ igitur dicit̃ motus est:tantũ valet sicut est aliquid q̃ mouetur:tẽpus est.i.est aliquid q̃ durat. Et si queratur qd est q̃ aliquid mouetur vel q̃ aliquid durat respõdetur, est:sed nihil est. Et eodẽ modo est respondẽduz cũ queritur quid est motus vel tempus:q̃ motus est ⁊ nihil est: tẽpus est ⁊ nihil est. Unde nõ sequitur motus est.igitur motus est ens:q̃ in antecedente sumitur ly est impersonaliter ⁊ in ꝛsequẽte personaliter:⁊ hinc est q̃ hmõi indeterminate vere non requirunt duo demõstratiua verain earũ ꝓbatione. Si enim diceretur hoc est ⁊ hoc est motus vel tempus:statim sequeretur q̃ motus vel tempus esset aliquid quod est contra istam opinionẽ.

Contra tamen istam positionem arguitur sic. Se

instantibus. Et ex illo concedo illam conclusionem: ꝙ aliqua est ꝓña bona cuius vtraq; premissarum post hoc erit vera ⁊ ꝓñs vel ꝓclo nunq; erit vera: sicut illa ꝓña ē bona: hoc istoꝝ ē verum ⁊ hoc istorum est verum demptis illis ꝗ dictorijs ergo vtrūq; istorum ē verum: pz ꝙ ꝓñs nunq; erit verum ⁊ tamen quelz premissarū imediate post B erit vera. Nō tamen dico ꝙ illud añs imediate post hoc erit verum: q: illa copulatiua nunquā erit vera sicut nec illud antecedens. Et si arguitur sic: Iste due singulares erunt vere: igitur ita erit sicut iste significabunt: negatur ꝓña: q: in nullo instanti erit ita sicut iste significabūt. Sed bñ seqt ꝙ sicut iste significabunt ita erit: q: sicut ista significabit ita erit: ⁊ sicut ista significabit ita erit: ymo sic iste significabūt ita erit in aliquo instanti erit ita ⁊ tamen in nullo instanti sic iste significabunt: q: in affirmatiua ly aliquo instanti stat cōfuse tñ ⁊ per ꝓñs non ē dandum illud. Si tamen arguitur ꝙ ille due ꝓpōnes erunt vere qñ erunt false: dicit ꝙ ly quādo pōt sumi pro tempore vel instanti. Si pro tempore concedo conclusionē: Si pro instanti nego eandem: quia significat ꝙ ille due singulares erunt vere pro instāti pro quo erunt false: qd ē falsum Ideo non sequitur: iste due erunt vere: igitur in aliquo instanti erunt vere: sic nō sequitur: duo instantia erunt: ergo in aliquo instanti duo instantia erunt: sicut etiam non sequitur: quelz pars illi⁹ copulatiue Rex sedet ⁊ nullus rex sedet erit vera ergo ista copulatiua erit vera vt deductū ē ⁊c.

Ex istis infero istam conclusionem imediate post hoc qdlz istorum erit futurum demptis omnibus instantibus que erūt ⁊ tamen imediate post hoc erit aliqd istorum preteritum: q: post hoc erit aliqd istorum preteritū ⁊ nullum erit instās post hoc quin inter illud ⁊ hoc erit aliqd istorum preteritum ⁊c. Prima pars ꝓbat pz: q: post hoc qdlz istorum erit futurum puta in tempore eterno terminato ad hoc instans presens ⁊ nullum erit instans post hoc quin inter illud ⁊ hoc qdlz istorum erit futurum igitur ⁊c. pz consequentia ab exponentibus ad expositum. Et lz concedam illam: imediate post hoc qdlz istorum erit futurum nō tñ concedo ꝙ imediate post hoc erit qdlz illorum futurum: quia in nullo instanti erit qdlz istorum futurum. Nec etiā concedo ꝙ imediate post hoc erit ita ꝙ qdlz istorum ē futurum: q: nunq; post hoc erit hec vlis vera qdlz istoꝝ ē futurum: lz ipsa iam sit vera. Nec sequit: illa vlis imediate post hoc erit falsa ergo aliq eius singularis imediate post hoc erit falsa: q: quacunq; data arguit sic: imediate post hoc hoc istorum erit futurum que significabit primarie ꝙ hoc istoꝝ erit futurum ergo imediate post hoc illa erit vera ⁊ non falsa: q: illud instans qd demptatur p sbtz illius vlis nunc ē futurum ⁊ imediate post hoc erit futuꝝ. Verūtamen bene concedo ꝙ imediate post hoc aliq singularis illi⁹ erit falsa: q: imediate post hoc erit aliqd illoꝝ preteritum: Et si dicitur que singularis erit illa: nō detur: quia ly aliqua singularis stat confuse tñ ⁊ non determinate: ratione istius termini imediate: ymo concedo ꝙ imediate post hoc erit aliqua singularis istius vlis falsa que p magnum tempus post hoc erit vera. Et imediate post B erit aliqua singularis istius vlis falsa que imediate post B erit vera. Cuiuslz istarum veritas expositorie arguēdo pz.

Et si argueretur sic: imediate post B⁰ quelz singularis istius vlis erit vera ⁊ imediate post hoc erit aliqua falsa: igitur simul erit aliqua vera ⁊ falsa: negatur ꝓña: etiam si argueretur sic: imediate post hoc quelibet singularis isti⁹ vniuersalis erit vera: igitur nō desinit aliqua esse vera: cōcedatur ꝓña: ⁊ ꝓñs: q: eius contradictoriū ē falsum: vz iaz desinit aliqua esse vera: q: tunc sequeret ꝙ iam non esset aliqua vera: vel ꝙ imediate post hoc non erit aliqua vera: quorum vtrūq; est falsum. Ymo posito ꝙ illa vlis habeat omnes singulares quas apta nata est habere qd nō credo esse possibile: dicitur ꝙ sicut non desinit aliqua singularis illius esse vera sic nec vnq; desinit aliqua singularis illius esse vera: ꝙ pz per exponentes sui cōtradictorij: ⁊ est recte sicut dr: ꝙ aliqd instans icipit ⁊ desinit ē puta instans presens ⁊ tamen non incipit nec incepit nec icipiet aliquod instans esse: nec etiam desinit aliqd instans ē nec desinet nec desinebat: q: quelz istarum ē nēcia aliqd istās est: qdlz instans ē. Unde non sequitur imediate post B non erit hoc instans ⁊ imediate post hoc non erit hoc instans ⁊ sic de singulis ergo imediate post hoc non erit aliquod instans: sicut non sequit: ego nō promitto tibi istuz denariū nec promitto tibi istum nec sic de singulis: igitur non promitto tibi denariū: arguitur .n. vtrobiq; ab inferiori ad suum superius negatione preposita. Concedo igitur istam ꝓclonem ꝙ hec ē nēcia omne instans ē ⁊ tamē imediate post hoc quelz singularis illius vlis erit falsa: ymo imediate post hoc infinite singulares illius erunt false: non tamen ex his sequitur ꝙ illa vlis erit vera qñ quelz singularis illius erit falsa: sumendo qñ pro instanti: ymo conceditur ꝓñter ꝙ imediate post B infinita instantia erunt quorum qdlz erit futurum per tempus post hoc ⁊ quorum nullum imediate post hoc erit. Ideo dicitur ꝙ illa vlis perfecta nunquā habebit nisi vnam singularem pro isto iustāti pro quo erit vera: q: sicut iam non habet nisi vnam singularem. s. pro hoc instanti Ita pro nullo instanti habebit nisi vnam singularem: ⁊ qñcūq; illa vniuersalis erit vera: pro illo instanti habebit vnam singularez veram que erit pro tunc quelz sua singularis. Et sic non sequit ꝙ illa vniuersalis erit vera quando quelibet eius singularis erit falsa: nisi sumeretur aliquando pro tempore qd nō deberet sumi ⁊ si sic sumeretur non esset inconueniens conclusio.

Concedunturn .n. illo modo mirabiliores vz ꝙ tu fuisti rome quando fuisti londonis ⁊ tamen roma a londonijs distat ⁊ distauit per mille milliaria ymo tu non potuisti transire ab vno illorum locorum ad reliquū in vno mēse: Etiam sequit ꝙ tu fortissime comedisti cucuristi ⁊ disputasti quando fuisti mortuus: ⁊ ꝙ tu fuisti quando deꝰ creauit mundū: ⁊ sic de multis alijs infinitis: Et nota qdlicet concedam ꝙ hec vlis omne instans ē imediate post hoc: erit vera non tamen concedo ꝙ hec erit vera imediate post hoc: q: nihil erit imediate post hoc: nec pōt esse: sine illud sit deus celum: vel qdcunq; volueris: q: si aliqd erit imediate post hoc: ipsum erit ante omnia instantia futura ⁊ ante qdlz istans futurum ꝙ implicat ꝗdictionez q: statim sequitur ꝙ idem erit anteq; ipsum erit q: nihil erit anteq; aliqd instans erit: si ergo aliqd erit añ omne instās futuꝝ seqt ꝙ illd erit anteq; ipsum erit. Item sequit hoc erit ergo in aliquo instanti hoc erit. Sed illud instans non erit ante omnia instantia futura: igitur hoc non erit añ oia instantia futura. Sed forte arguitur ꝙ celum erit imediate post hoc q: celum erit sine medio post hoc ergo celum erit imediate post hoc: pz consequentia ⁊ antecedens probatur: celum erit sine hoc medio post hoc ⁊ idem celum erit sine hoc medio ⁊ sic de singulis: igitur celum erit sine medio post hoc: pz consequentia ⁊ antecedens similiter: quia celum continue erit in aliquo instanti inter qd instās ⁊ hoc instans ē dare tempus mediuz sine quo medio aliquando celum erit. Ad istud respondetur negando ꝙ celum erit sine medio post hoc: q: in nullo istanti erit sine medio post hoc. Et tunc ad probationem nego consequētiam: sicut non sequitur: tu eris non in hoc instāti ⁊ tu eris non in hoc instanti ⁊ sic de singulis: igitur tu eris non i aliquo instanti. Verūtamen bene concedo ꝙ celum sine medio post hoc erit: sicut ipsum imediate post hoc erit: ⁊ ꝙ imediate post hoc sine medio erit post hoc: ⁊ imediate post hoc erit cum medio post hoc: ⁊ tamen non sequitur ꝙ celum simul cum medio ⁊ sine medio erit: sicut nō sequitur: imediate post hoc celum in duobus instantibus erit igitur simul erit in duobus instantibus. Sed bene sequitur imediate post hoc celum erit in duobus instantibus igitur simul erit in duobus instantibus: q: sequitur imediate post hoc erit in duobus instantibus igitur erit in duobus instantibus: igitur in aliquo instanti erit ⁊ in duobus instantibus: ⁊ per consequens simul erit in illis: ita ꝙ celum sine medio erit post hoc ⁊ idem cum medio erit post hoc. Nec illa sunt cōtradictoria vel opposita: sicut nec

ista: sine denario viuam ⁊ cum denario viuaz: sine instãti erit tempus ⁊ cum instanti erit tempus: Certuz est.n.ꝙ quelibet illaruz ē affirmatiua ergo non sunt ꝓradictoria. ¶ Preterea non sequitur nunq̃z post hoc erit ita ꝙ celũ sine medio ē post hoc: igitur non imediate post hoc celuz sine medio erit post hoc. Etiam non sequitur: celum sine medio erit post hoc igitur celum nõ cum medio erit post hoc: sicut nõ sequitur: tu sine denario eris igitur tu nõ habebis denarium: vt posito ꝙ aliquando habebis denariũ ⁊ aliquando non: pz veritas añtis cum falsitate ꝓsequentis: Et sic̄ nego istam ꝓñam: celum sine medio post ß erit igitur celum erit sine medio post hoc celuz imediate post erit igitur celum erit imediate post hoc ita nego istaz deus in quolibet instanti futuro erit: igitur deus erit ī quolz instanti futuro: qz in nullo instanti deus erit in quolz instãti futuro: cum nunq̃z post hoc erit instans futurum: verba enim in hmõi ꝓpõnibus de preterito ⁊ futuro debent limitari ⁊ resolui ad certũ instans. Si.n. post hoc erit qõlz instans futuꝫ opz ꝙ in illo instanti vel in illo qõ nõ ē vex: vnde non sequitur: deus erit in aliquo instãti futuro ⁊ nõ erit aliqõ instans futuꝫ quin deus erit ī illo igitur deꝰ erit in quolz instanti futuro: qz arguitur respectu secundi termini: Vbi deberet argui respectu primi: Etiã nego ꝙ deus erit instans exñs in quolz instanti futuro vel ꝙ deꝰ erit deus in quolz instanti futuro: qz statim seqtur ꝙ deus in aliquo instanti erit deꝰ in quolz instanti futuro: quo dato p .a. sequitur ꝙ nullũ instans futuꝫ qn in illo deus erit deꝰ ī .a. instanti: qõ est falsum: qz non quecũq̃z instantia erũt in .a. instanti quocũq̃z dato quare ⁊c̄.

Conceduntur Itez conclusiones imediate post hoc erit aliqua pars pertransita que nõ imediate post hoc erit ꝑtransita: Sor. inmediate post hoc acquiret aliquẽ graduz latitudinis.b. albedinis ⁊ quilz gradus latitudinis.b.albedinis per tp̃s post hoc erit acqrendus a sor. imediate post hoc eris in aliquo instanti ⁊ tamen in nullo instanti imediate post hoc eris: ymo non imediate post hoc eris in hoc instãti nec in hoc: quocũq̃z demñato. Hee oẽs conclusiones patẽt per expositionẽ huius termini imediate: Istõ sequitur tu eris ante finez hore ⁊ eris ante mediũ instans hore ⁊ ante medium prime medietatis Et sic quocũq̃z instanti dato ante illud eris igitur eris ante qõlz instans futuꝫ. ¶ Nec seqtur tu eris ante finem ⁊ eris in duplo citius ⁊ eris in quadruplo citius ⁊ sic in infinitum: igitur eris in ifinitum cito vel imediate post hoc: sed ex illis antecedẽtibus sequitur ꝙ in quolz instanti futuro prius eris ⁊ in ifinitum cito eris ⁊ imediate post hoc eris. ¶ Sed ß dubitatur posito ꝙ a. incipiat pertransire.b. spatium vel eius partez in extremo vbi terminant̃ minores partes ꝓportionales vtruz imediate post hoc pertransibit aliquam partem ⁊ duplaz ad illam ⁊ triplam ad illam ⁊ sic ī infinitũ. ¶ Ad ꝙ dr̃ ꝙ non: qz vna exponens ē falsa: vz post hoc pertransibit aliquam partem ⁊ duplã ad illam ⁊ sic in infinituz: qz ly aliquam partez stat determinate ⁊ vbi assignaretur illa per .c. hec esset falsa: post hoc.a. ꝑtrãsibit.c. partem ⁊ duplã ad illam Et sic in infinituz. Intelligendo de ꝑtibus nõ cõmunib̃: qz de partibus cõibus non ē difficultas: Sed bene concedo ꝙ.a. imediate post hoc pertransibit aliquam partem ⁊ duplam ad illã ⁊ imediate post hoc ꝑtransibit aliquam ꝑtem ⁊ triplã ad illam ⁊ sic copulatiue ī ifinitũ: sicut imediate post hoc erunt copulatiue vere: aliqua ꝑs est ꝑtransita ⁊ dupla ad illã: aliqua ꝑs ē ꝑtransita ⁊ tripla ad illam ⁊ sic in infinitum: nunquam tamen erit hec cathegorica de copulato extremo vera: aliqua ꝑs ē pertransita ⁊ dupla ad illam ⁊ tripla ⁊ sic in infinitum recte: sicut dicitur ꝙ aliquis homo ē ⁊ ego sum ille aliquis homo est ⁊ tu es ille aliquis homo ē ⁊ petrus ē ille: sed cõtinue negatur aliquis homo ē ⁊ ego suz ille ⁊ tu es ille ⁊ petrus ē ille ⁊ sic de aliis. ¶ Forte contra istam responsionem arguitur sic: Si imediate post hoc erit aliqua pars ꝑtransita ⁊ dupla ad illam: igitur in infinitum cito erit aliqua ꝑs pertransita ⁊ dupla ad illam. Sed ꝓtra: non citius q̃z nũc erit aliqua pars ꝑtransita ⁊ nunc certe cito: qz nunc: ergo non in infinitum cito erit aliqua pars ꝑtransita: consequentia patet: qz ex opposito consequentis sequitur oppositu antecedentis. Sequitur.n. in infinitum cito erit aliqua ꝑs pertransita ergo hoc finito citius quocunq̃z finito cito demonstrato erit aliqua ꝑs pertrãsita. ¶ Ad istud rñdetur concedendo: ꝙ in infinitum cito erit aliqua pars pertransita: Et tunc ad argumentum: negatur consequentia ꝓia: ex opposito ꝓsequentis ad oppositum antecedentis: quia dico ꝙ ly cito non distribuitur pro cito nunc sed pro futuro in compatione ad nunc. Ideo non sequitur: non nunc erit aliqua pars pertransita ⁊ nũc ē cito igitur nõ cito erit aliqua pars pertransita. Illa.n. stant simul velut sub ꝓia: cito erit aliqua pars pertransita ⁊ cito nõ erit aliqua pars pertransita: sicut ēt ista: aliquãdo tu eris ⁊ aliquãdo tu nõ eris. Est enim ly cito ita terminus cõmunis sicut ⁊ ly aliquando quare ⁊c̄.

Contra modum exponendi huius termini imediate arguit̃ primo sic: hec consequentia non valet: post hoc instãs qõ est presens sor. albus curret ⁊ non erit instans post instãs presens quin inter illud ⁊ hoc sor. albꝰ curret: igit̃ imediate post instãs qõ ē pñs sor. albꝰ currit igr̃ expõ insufficiẽs: Et ꝙ nõ vz probo: posito ꝙ imediate post ß sor. niger curret ⁊ ꝙ erit albꝰ post istũ annũ: Isto posito pz vitas añtis: Et ꝙ ꝓñs sit falsuz pbat̃: qz nõ imediate post ß erit ita ꝙ sor. albus currit cũ non erit albꝰ vsq̃z ad vnũ annũ vt presuppono cũ cãu ergo ⁊c̄. ¶ Secõo arguit̃ sic: ista ꝓña nõ valet: post.a. instans tu eris albꝰ ⁊ nullũ erit instans post .a. qn inter illõ ⁊ .a. tu eris albꝰ ergo imediate post .a. eris albus: ⁊ per ꝓñs expõ insufficiẽs. Et ꝙ illa ꝓña nõ valeat probo. Istã casu possibili posito añs ē vex ⁊ ꝓñs falsũ igr̃: añs pbat̃: ⁊ pono ꝙ tu incipias eẽ albus ꝑ remotionẽ de presenti ⁊ eris albus ꝑ totã horã futurã deinde assigno.a. instans ꝑ mille annos ꝑteritũ: isto posito pz falsitas ꝓñtis: Et ꝙ añs sit vex pbo: ⁊ prio ꝑ pria exponẽte. Istã ī medio instãti istius hore future tu eris albꝰ ⁊ tũc erit post.a. instans: qz illud mediũ instans erit postq̃z .a. fuit igit̃ post .a. instans tu eris albus: ⁊ ꝙ nullũ erit instãs post.a. quin inter illud ⁊ .a. tu eris albꝰ: eodẽ mõ pz: ꝙ iter qõlz istãs futuꝫ ⁊ hoc instans pñs tu eris abus sed qõlibet instans futurum erit post.a. instans ergo.

Ad ista argumẽta rñdet̃. ¶ Ad ꝑmũ cõcedo ꝓñaz factã: ⁊ tunc admisso casu ꝓcedo añs ⁊ ꝓñs. Et tunc ad ī pbationem nego ꝓñaz illã: Istõ imediate post ß erit ita ꝙ sor. albus currit: igit̃ nõ imediate post ß sor. albꝰ curret. Sẽ non seqtur: nũq̃z post ß erit ita ꝙ nullũ sũme albũ ē sor. igitur nullũ sũme albũ erit sor. ponẽdo ꝙ sor. sit nũc sũme albꝰ: ⁊ nũq̃z post ß erit sũme albꝰ. Et si dr̃ ꝙ hec est de futuro vera: imediate post ß sor. albus curret: igit̃ sibi corrñdet vna de pñti va ⁊ non alia q̃z ista imediate post erit ita ꝙ sor. albꝰ currit igit̃ ⁊c̄. ¶ Hic dr̃ ꝙ tale allegatũ ē falsũ: vz ꝙ cuilz ve de futuro corrñdet vna va de pñti: qz ß est vera de futuro omis hõ moriet̃ ⁊ nulla talis vnq̃z erit va: omis hõ morit̃. Et ß silr ē va Alia añxpi ꝓtingẽter erit ⁊ tñ hec nunq̃z erit va Alia añxpi ꝓtingẽter ē: duoꝫ ꝗdictoriorꝫ inter se ꝗdicentiũ vtrunq̃z erit vexꝫ ⁊ tñ nunq̃z erit vexꝫ duoꝫ ꝗdictoriorꝫ iter se ꝗdicentiũ vtrũq̃z ē vexꝫ: Ita ꝓsilr stat in casu supiori ꝙ imediate post ß sor. albꝰ curret ⁊ tñ nõ imediate post ß erit ita ꝙ sor. albꝰ currit: ymo cõcedit̃ ꝙ imediate post ß sor. albꝰ curret ⁊ nũquã post ß erit ita ꝙ sor. albꝰ curret: supposito ꝙ sor. sit albꝰ ⁊ nũq̃z post hoc erit albꝰ: vel ꝙ ipse nũq̃z erit albꝰ qñ curret: nec curret qñ erit albꝰ: verũtñ si opponẽs omo vellet hr̃e vnã de pñti correspõdentẽ illi de futuro: dicat ꝙ ß imediate post erit ita ꝙ hoc currit demñando illõ ꝑ quo iã supponit ꝓbtz vz futurũ albũ: sic̄ ⁊ isti albũ erit nigꝫ corrñdens nõ ē ß albũ ē nigrũ: sz ß hoc ē nigꝫ: ⁊ isti sedẽs erit currẽs erit ß correspõdens: hoc ē currens: ⁊ sic de ifinitis. ¶ Ad secõz argmentũ põt vno mõ rñderi ꝓcedendo ꝓñam ⁊ negando añcedẽs pro prima pte: Et tunc ad argumentuz negatur

q̃ medium instans erit post.a.sicut non sequitur;tu eris prius q̃ antixp̃s erit.igitur tu eris prius antixp̃o.¶ Pro quo ē notandum q̃ terminus supponēs respectu alicui⁹ verbi a parte post supponit p̃ illo qd̄ verbum limitat nisi abunde fiat restrictio verbi vl̄ termini subadditi. Ita q̃ seqt̄:tu es añ añxp̃m g⁰ añxp̃s ē.Tu es post adaz .igitur adam est.Tu eris post.a.istans igit̄.a.istans erit. tu fuisti añ:b.istans.igitur.b.istans fuit.Sicut enim sequit̄.tu es homo.igitur tu es homo qui est.tu fuisti animal ergo fuisti animal quod fuit.Tu eris corpus ergo tu eris corpus quod erit. Ita etiam sequitur:tu es ante añxp̃z ergo tu es ante añxp̃m qui est.Tu es post adā ergo tu es post adam qui est.Tu eris post.a.istans igitur tu eris post .a. istans quod erit.tu fuisti ante.b.istans.igitur tu fuisti añ .b.istans quod fuit.Est enim dicendum ī hac materia de ante ⊓ post sicut dicitur de prius ⊓ posterius.Ita qd̄ bñ sequitur.tu es prius isto.ergo hoc ē.tu fuisti prius vel posterius isto:igitur hoc fuit.tu eris prius vel posterius isto igitur hoc erit.Et notanter dixi nisi aliunde fiat restrictio alterius verbi .qr nō sequitur. tu es postq̃z adam fuit. igitur adam ē.Tu es añquā añxp̃s erit.ergo añxp̃s est.Tu eris prius vel postq̃z.a.fuit igitur.a.erit.Tu fuisti añ vel postq̃z añxp̃s erit.igitur antixp̃s fuit:sicut non sequitur.B instans pñs est prius q̃z erit hoc quocūqz futuro demonstrato:igitur hoc istans futurum est.Et sic de alijs. Ita ē ergo q̃ ego cōcedo ī casu prior.q̃ illud medium instans erit postq̃z.a.fuit sed nego q̃ erit post.a.Consimiliter est respondendum si fieret consimile argumentū de p̃terito. ¶Ex quo sequitur q̃ B propositio ē falsa immediate ante hoc tu fuisti vel immediate post hoc tu eris demonstrato ī stanti presenti:quia B est falsa. Ante hoc fuisti: vel post tu eris cū nullum instans fuerit ante hoc vel erit post hoc. Sed bene concedo q̃ immediate post hoc istans quod est presens tu fuisti ⊓ immediate post hoc instans quod est tu eris propter restrictionem factam ratione cuius ly B supponit precise pro eo q̃ ē.Et ly hanc responsionem sepius ī disputatione sustentauerim ipsam tñ hic non sustineo licet vera sit quia repugnat cōi modo loquendi ⊓ pluribus in hoc capitulo.imo in toto libro determinatur.¶ Aliter respondeo negando vt prius q̃ medium instans hore future erit post.a.quia volo in proposito q̃ terminus supponēs respectu alicuius verbi ⊓ horum terminorum ante vel post supponat p̃ illo q̃ ē vel q̃ vbū limitat tā a parte post q̃z a parte ante. Ita q̃ B propositio tu fuisti ante antixp̃m significat q̃ tu fuisti ante antixp̃m qui ē vel qui fuit. Tu eris post adā significat q̃ tu eris post adā q̃ ē vl̄ q̃ erit Ex quo ergo pz q̃ illa ppō ē falsa. Ad ediū istās hore future erit post.a.cū ipsū.a.nō sit nec erit sz ē p̃teritū p̃ casuz

Sed adhuc instatur proponendo istam immediate post.a.qd̄ fuit tu eris albus ⊓ ut apparet ipsa ē falsa ⊓ tamen exponētes sunt vere:videlicet post.a.qd̄ fuit tu eris albus ⊓ nullum erit instans post.a.q̃ fuit quin inter illud ⊓.a.q̃ fuit eris albus: quia nō pōt hoc dici q̃ ly.a.supponat pro eo q̃ ē vel erit propter restrictionem vbi de preterito.¶ Ad istud respondetur cōcedēdo illā immediate post.a.q̃ fuit tu eris albus.Unde dico q̃ si immediate post istans q̃ ē pñs tu eris albus immediate post quodlibet istās preteritū vel qd̄ fuit tu eris albus.Et si immediate añ instās qd̄ ē pñs tu currebas immediate añ quodlibet instans q̃ erit tu currebas et sic de alijs non est inconueniens sustinendo expositionem assignatā quare ⊓c̄:¶ Verūtñ si tibi placēt sustiere q̃ terminus supponēs respectu horum aduerbiorum ante vel post idifferēter supponūt pro quolibet tpe:posses cōcedē istā immediate post.a.eris albus:⊓ etiā istā medium instās hore future erit post.a.absqz alia restrictione:B enim propositio dato isto mō loquēdi immediate post.a.tu eris alb⁹ significat q̃ immediate post.a.q̃ ē erit vel fuit eris alb⁹ qd̄ est verum.Et hec sllr:mediū istās hore future erit post .a.significat q̃ medium istās hore future erit post.a.q̃ ē erit vel fuit qd̄ verū ē.Et lz ī huiusmōi aduerbijs ponaz talē suppositionē nō tñ ī qbuscūqz alijs terminis. dicendo enim hoc erit album subiectum supponit pro eo q̃ est vl̄ erit ⊓ predicatum precise pro eo q̃ erit ⊓c̄. ¶ Multi.n. nescientes has responsiones timuerunt istud secunduz argumentum ⊓ negauerūt has exponētes ⊓ alias dederūt longas ⊓ brigosas iuuenibus inutiles quas nunc dimitto gratia breuitatis ⊓c̄. ¶De incipit ⊓ desinit.

Am de istis verbis incipit ⊓ desinit restat dicendum.Et primo de ipsorū modo supponēdi dicitur.n.cōiter ⊓ quasi ab omnibus q̃ huiusmodi verba terminū se sequētē confundibilem deducto ipedimēto confundūt confuse tantū: verbi gratia.Tu incipis et homo vel desinis eē aīal:tam ly homo q̃z ly aīal stat cōfuse tantū:qr sub neutro illorū cōtingit descendere copulatiue vel disiunctiue.

Contra istam responsionem arguitur sic: illud verbū differt:terminū confundibilem imediate se sequētē cōfundit confuse ⊓ distributiue sz eque bene ēcludit negationē ly īcipit vel desinit sicut illud verbuz differt:igitur eque bene cōfundit cōfuse ⊓ distributiue:maior pz ī ista propositione.Tu differs ab homine: vbi ly hoīe stat confuse ⊓ distributiue. et minor etiā patet.qr sicut huic verbo differt correspondet exponens negatiua. Ita ⊓ huic verbo incipit ⊓ desinit. ¶Secundo arguitur sic.Semp arguendo ab inferiori ad suum superius non distributū affirmatiue semper est bonum argumentū.Sed B cōsequentia non valet.hoc incipit esse album.igitur hoc incipit esse coloratum. ergo:B arguitur distributiue ⊓ p̃ cōsequēs ly albū vel ly coloratū stat confuse ⊓ distributiue:maior patet sigillatim discurrendo.Sequitur enim omnis homo est homo:igitur oīs homo ē aīal vel substātia:oīs homo currit:igitur oīs homo mouet promitto tibi denarium:igitur promitto tibi aliquid ly homo significat hoīez: igr̄ ly hō significat animal ⊓ sic de alijs.Ita q̃ nō obstāte q̃ superius stet cōfuse tñ adhuc valet ꝓña.Si ergo ly coloratū staret cōfuse tñ per idē ꝓña foret bona q̃ nō ē verū vt pz ituēti.¶ Tertio sequit q̃ a supiori distributo ad suū iferi⁹ cū debito medio nō vz argumētū.qd̄ tñ oēs negāt ponēdo ꝗdictorā regulā:⊓ ꝓñam pbo:qr ista ꝓña nō vz hoc īcipit eē albū: ⊓ oē albū ē:g⁰ B īcipit eē coloratū:g⁰ ex opposito ꝓñtis ipi⁹ cuz minori nō seqt̄ oppositū maioris sic arguēdo.hoc īcipit eē aliqd̄ coloratū ⊓ oē albū ē:igit̄ hoc nō īcipit eē albū.Et q̃ B arguitur distributiue pz:qr cū dicit̄ hoc īcipit eē albū vl̄ coloratū vtrūqz illorū stat cōfuse tñ p̃ istā rñsionē:g⁰ p̃ negationē p̃positā stabit qd̄libet eorū cōfuse ⊓ distributiue.

Ad primū argumētū solet duplr rñderi ꝓtinue negādo p̃mā ꝓñam.Et rō p̃ma ē:qr illud verbū differt exponit̄ p̃ vba eiusdē ⊓ uel cōsimilis tpis ⊓ sic nō exponitur ly īcipit vel desinit:imo sēp altera exponētiū ē de p̃terito vel futuro.⊓ ipsa exponibilia sūt de presenti:iō pp istā rōnē dī q̃ ī hac ppōne tu īcipis scire aliquā ppositionē.ly ppōnē stat cōfuse tñ ⊓ nō distributiue.¶ Cōtra istā rñsionē arguit̄ sic.Istā seqt̄ q̃ ī ista ppōne.In.a.istāti tu īcepisti scire aliquā ppōnē:qr ly ppōnē stat cōfuse ⊓ distributiue q̃ ē ꝗ eos:⊓ ꝓña pbatur qr illa ppō nō exponit̄ nisi p̃ vba cōsimilis tpis:puta per duas exponētes quarū quelibet ē de preterito sicut expositū.ut ī.a.istāti scuisti aliquā ppōnē ⊓ ñ imediate añ. a. scuisti aliquā vel ī.a.istāti nō scuisti aliquā ppōnē ⊓ imediate post.a.scuisti illā. Idē argumētū pōt fieri de futuro vt ī.b.istāti tu desines eē hō vl̄ aīal ⊓c̄. ¶ Scdo seqt̄ q̃ ī hac ppōne:necessario hō ē aīal q̃ ly hō stat ꝓfuse ⊓ distributiue:qr illa ppō exponibilis ē ⊓ ñ p̃ vba alteri⁹ tpis ab exposito:ut hō ē aīal ⊓ ñ pōt eē qn hō ē aīal.imo seqt̄ q̃ ī ista. Tātū hō currit.qr ly hō stat mobiliter ex quo illa propositio expōibilis ē ⊓ nō nisi p̃ verba ꝓsilis tpis cū expost tovt pz cuilibz exponēti eā. ¶ Alia rñsio q̃ adhuc ē sustētabilis rñdet q̃ aliq̃ sūt termini expōibiles vel includentes negationem quoruz actus principaliter cadūt sup terminū assignatum ⊓ non principaliter sup cōplexū:cuiusmōi sūt signa vl̄a:⊓ B vbū differt:q̃ termini nō reqrūt generalē ī suis exponentibus verbum ampliatiuum vel verbum

alterius temporis q̃ ē verbum expositi: ⁊ tales termini generaliter mobilitant. ¶ Alij sunt termini quorum actus ꝑncipaliter cadunt super cõplexũ ⁊ ñ super vnũ terminũ solũ q ēt reqrũt generaliter ĩ suis exponẽtibus vbũ ãpliatiuũ cuiusmodi sunt tales necessarium de necessitate. Incipit ⁊ desinit: ⁊ hui⁹: qui q̃uis ĩmobilitãt ñ tñ mobilitant: Et per hoc pz respõsio ad argumẽtũ. ¶ Cõtra istam rñsionẽ arguitur primo: ꝓbãdo q̃ signa vlia ⁊ hoc verbum differt vel ipsorũ actus ita bñ ⁊ principaliter cadũt sup cõplexo sicut ly icipit vel desinit. vnde ĩ ista ꝓpõe oĩs hõ q ē albus currit: determinat ly oĩs terminũ cõplexũ q ē cõpositio verbalis ⁊ principaliter: quia nõ est dicendũ q̃ ꝑncipaliter determinẽt ly homo ꝑncipalius enĩ determinat totũ q̃ aliquã ei⁹ ptẽ: q: totũ cõfũdit mobiliter ⁊ q̃libet ei⁹ ptẽ ꝑcise ĩmobiliter: idẽ apparet de hoc vbo differt: sic dicẽdo tu differs ab animali cõ ē asin⁹: vbi pz q̃ ly differs determinat totã cõpositionẽ vbalẽ subsequẽtẽ eo q̃ ipsam mobilitat ⁊ nullã ei⁹ ptẽ. Et ex alio qa ei⁹ actus cadit ꝑncipaliter super cõplexũ vt tu nõ es aĩal q̃ ē asinus ⁊ sic de alijs. ¶ Secũdo sequitur q̃ ĩ illa ꝓpõne. Tu differebas ab animali q̃ ē asinus q̃ ly differebas nõ cõfundit cõfuse ⁊ distributiue mobiliter qõ ipsi negãt ⁊ ꝓñam ꝓbo: q: ly differebas determinat cõplexũ ⁊ ĩ suis exponẽtibus generaliter reqrit vbũ ampliatiuũ vt pz ĩ suis exponẽtib⁹: quia cõtinue reqrit verbũ substãtiuũ de preterito. vt pz intuẽti: ĩmo ēt requirit vbum alterius temporis ĩ exponẽtibus q̃ sit vbum principale expositi. puta illud vbũ ē in secunda ⁊ tertia exponẽte: vt aĩal q̃ ē asinus fuit ⁊ tu nõ fuisti aĩal q̃ ē asinus. ¶ Tertio seqtur ex illa respõsiõe q̃ ly necessario cõfũdit mobilr qõ ipsi negãt: ꝓbo ⁊ capio illam ꝓpõnẽ tu potes esse necessario homo pz q̃ ly necessario determinet ꝑcise terminũ ĩcõplexũ: ⁊ nõ exponitur nisi p vba cõsimilis tpis cũ exposito: igit ⁊c̃. minorẽ ꝓbo: quia sic exponitur: tu potes esse hõ ⁊ nõ põt esse qn tu potes eẽ homo: igitur ⁊c̃. Et similiter dicitur q̃ requiritur etiam q̃ ĩ suis exponẽtib⁹ nõ sit vbũ ampliatiuũ hoc est falsũ: qa tũc sequeretur q̃ ĩ ista ꝓpositione: oĩs hõ põt eẽ q̃ ly hõ nõ staret mobiliter qõ ipsi negãt ⁊ cõsequẽtia pz: q: suaꝝ exponẽtiũ vba ꝑncipalia sũt vba ampliatiua. ¶ Quarto sequitur q̃ ĩ ista ꝓpositione. A te differt homo: ly hõ stat cõfuse ⁊ distributiue qõ ē falsũ: ꝓbo ꝓñam: q: ly differt ē terminus exponibilis determinãs terminũ incõplexũ: ⁊ exponitur p verba cõsimilis tpis absq̃ vbo ampliatiuo: igitur ⁊c̃. patet consequentia cũ toto aãte preter hoc q̃ ly differt determinet illũ terminũ hõ: qõ ꝓbatur sic: Iaz ly homo stat cõfuse tñ ⁊ nõ nisi rõne huius vbi differt. igitur ⁊c̃. Silr negatio ĩ tertia exponẽte negat illũ terminuz homo: igit ly differt ĩ exposito determinat eundem: patz consequentia: ⁊ antecedens similiter. Iã in ista propositione tu homo non es: negatur ly homo ab illo termio tu cũ non sit predicatum negatiue propositionis: igitur illa negatio negat illum terminum homo qõ erat probandum. ¶ Quinto sequitur q̃ subiecta harũ ꝓpõnum nõ stãt mobiliter: videlicet omne q̃ fuit est. omne q̃ erit ē: omne q̃ potest esse est: data falsitate eaꝝ: quod tñ ipsi negant: ⁊ cõsequentiam probo: in qualibet istarum signum vniuersale determinat cõplexum ⁊ exponitur p verba ampliatiua alterius temporis q̃ expositi. igitur ⁊c̃. pz cõsequẽtia cũ maiori ⁊ minor ꝓbatur. Iã data falsitate istius omne q̃ fuit est: exponitur sic: aliquid quod fuit est ⁊ nihil fuit quin illud est. Similiter ꝑ omne q̃ erit est: exponitur sic: aliquod q̃ erit est ⁊ nihil erit quin illud est. Et alia similiter: omne q̃ potest esse est exponitur sic. aliquid q̃ potest esse est: ⁊ nihil potest esse quin illud est. Et sic patet q̃ q̃libet illarum data eius falsitate exponitur p alia verba saltiz principalia q̃ sit verbũ principale expositi. Propter hec ⁊ alia multa argumenta que possent fieri dicit vnus valẽs ⁊ subtilis loycus q̃ ĩ hac propositione. Tu icipis scire aliquã ꝓpositionẽ: ly ꝓpõnẽ stat cõfuse ⁊ distributiue mobiliter: ñ tñ pro omni ꝓpositione: sed pro omni propositione quã nunc primo scis vl quã nũc vltimo nõ scis. Ita q̃ nõ sequitur. Tu icipis scire aliquã ꝓpositionẽ ista ē vel icipit esse propositio: igitur tu icipis scire istã: sed bene sequit tu incipis scire aliquã propositionem ista est propositio quam nunc primo scis: ergo incipis scire istam. Similiter sequit tu incipis scire aliquã propositionem ista est propositio vl incipit esse propositio quã nũc vltimo non scis: igitur tu incipis scire istam. Eodem modo dicit de ly desinit q̃ mobilitat pro eo q̃ nũc. vltimo est: vel nũc primo non ē. Ita q̃ bene sequitur: tu desinis scire aliquã propositionem: ista est propositio quam nunc vltimo scis: igitur desinis scire istam. Etiam sequitur eadem conclusio cũ tali medio istã propositionem nunc primo non scis ⁊c̃. ¶ Et licet hec responsio subtilis sit ⁊ probabilis non tamen videtur sufficiens quia per idem deberet concedi q̃ illi termini necessario: ⁊ contingenter confundunt mobiliter terminum immediate sequentem: quod tamen hec responsio negat: et consequentia probatur eo q̃ predicti termini ita bene exponuntur ⁊ negationem includunt sicut hoc verbum differt vel aliquod aliud. ¶ Secundo sequitur q̃ hec est tu bene concedenda omne aĩal ē homo sicut hec omnis homo est animal: dicẽdo q̃ ly animal stat confuse ⁊ distributiue precise pro suppositis predicati. Sed ad istud secundum argumentum respondet iste valens dando causam diuersitatis: eo q̃ animal distribuitur respectu temporis presentis ⁊ respectu eiusdem cadit negatio in negatiua exponente. Sed in ista propositione tu incipis scire aliquam propositionem ⁊ in qualibet simili distribuitur ly propositionem respectu temporis presentis ⁊ negatio cadit sup verbo preteriti temporis quare hec responsio non tollit difficultatem. sumendo quãlibet illarum in tali tempore q̃ non varientur verba quo ad tempus in exposita et exponentibus sic dicẽdo: omne animal fuit homo vel erit asinus. Tu incepisti scire aliquam propositionem vel desines scire aliquam propositionem ⁊c̃. per hoc ergo patz q̃ ly incipit non cõfundit mobiliter sicut nec ly necessario vel contingenter sed potius recurrendum est ad viam cõmunem: dicendo vt prius q̃ huiusmodi verba. Incipit ⁊ desinit confundunt terminum subsequentem cõfuse tantum. Et tunc ad argumenta in principio facta respondet ad primum nego consequentiam: sed oporteret addere ĩ minori q̃ illud verbum incipit esset ita exponibile sicut ꝑ verbum differt quod est falsum. vt postea patebit. Certum est enim q̃ termini officiales ⁊ dictiones alie multe ita bene includũt negatõez sicut hoc verbũ differt ⁊ tamẽ non confundunt mobiliter sicut ipsum. ¶ Sed quia posset fieri questio de isto termino necessario vel contingenter assignando minorem postulatam. Ideo aliter respondeo negando consequentiam: vt prius: ⁊ ratio est. Iam quidam sunt termini exponibiles non officiales: nec modales non potentes facere sensum compositum nec sensũ diuisũ: vt sũt signa vlia affirmatiua: dictiones exclusiue note alietatis vel differentie. ⁊ termini graduum comparabiliter sumptorum. hi enim termini terminũ cõmunez se sequentẽ confundunt confuse ⁊ distributiue nisi adderetur impedimentum prohibens. Sunt etiam alij termini qui sunt termini modales vel officiabiles facientes sensum compositum ⁊ sensum diuisum. vt sunt termini concernentes actum mentis necessario: ⁊ contingenter: ⁊ hec verba. Incipit ⁊ desinit. Hi enim termini ex sui naturali impositione habẽt q̃ terminum immediate sequentem confundunt confuse tantum: per hoc ergo patet q̃ consequentia illa non valet: hoc verbum differt confundit cõfuse tantum. sed eque bene includit negationem ly incipit sicut ly differt. igitur eque bene confundit mobiliter. oporteret enim q̃ esset consimilis nature vel consimilis officij quod non est verum. ¶ Et si quereretur quare huiusmodi termini exponibiles confundunt mobiliter ⁊ non termini officiales cum eque bene includunt negationem. ¶ Ad istam questionem non est aliter respondendum q̃ si quereretur quare tales vel tales termini sunt officiabiles vel modales ⁊ non exponibiles. aut quare ly homo significat primo hominem ⁊ non asinum. diceretur enim q̃ sic placuit primo instituenti ita debet dici in proposito.

Ad secundum argumentum dicitur ꝙ nõ semper affirmatiue ab inferiori ad suum superius non distributum est bonum argumentum. Et hoc quanda arguitur cum termino officiabili vel modali precedente. sicut ß. Tu incipis esse albꝰ ergo incipis esse coloratus. Alibi etiam non sequitur. ut ß ly homo significat primo hominem. igitur significat prio aial. Et per hoc patet responsio ad tertiũ argumẽtũ. concedendo ꝙ non semp a superiori distributo ad suum inferius cum debito medio est bonum argumentum. Et ß cũ termino officiabili vnde non sequitur. ly homo non significat primo animal. igitur non significat primo hominẽ nec etiam sequit ly omne aial significat prio oẽ aial. ⁊ oĩs homo est. igitur significat primo oẽz hominẽ. ⁊ sic ꝯ alijs que non valent. Unde cum nota cõdictõis nõ sequitur. vt si homo currit risibile currit: igitur si animal currit risibile currit: cũ añs sit necessarium ⁊ ꝑns ipossibile manifeste ituenti. Et nõ solũ ñ tenet hoc ĩ terminis officiabilibꝰ imo etiam nõ sequitur ĩ terminis exponibilibꝰ: vnde non sequit sor. incipit tũ hõ ẽ risibilis: igitur sor. iquãtũ animal ẽ risibile: cũ antecedẽs sit verũ ⁊ ꝑns falsũ rõne alterius exponẽtis false: vz si aliquid ẽ aial illud ẽ risibile qõ falsũ ẽ ⁊ ipossibile ⁊c. ¶ Et si queritur quõ ly icipit ⁊ desinit facit sensum compositũ ⁊ sensũ diuisũ dico ꝙ aliqõ illorum facit sensum diuisum qñ ꝑsonaliter sumitur determinans partẽ dicti ⁊ nõ totũ: vt tu icipis currere vel oĩs homo incipit esse: tenetur ãt ĩ sensu cõposito quando ĩpersonaliter sumitur vel totũ dictum determinat: vt incipit esse ꝙ oẽ ĩstans est: vel incipit omnis homo currere.

Ex his infero duas cõclusiones: prima est ꝙ a ꝓpõne de hoc verbo icipit in sensu diuiso ad propositionẽ de hoc vbo desinit in eodem sensu subiecto cõsimili ⁊ determinabili opposito ẽ bonũ argumẽtũ: sicut sequitur: oĩs homo incipit eẽ: igitur oĩs homo desinit nõ esse: nullus hõ icipit eẽ albus: igitur nullus hõ desinit nõ eẽ albus: ⁊ sic de alijs consilibus.

¶ Secũda cõclusio. A ꝓpositione de hoc verbo icipit in sensu cõposito ad propositionẽ de hoc verbo desinit ĩ eodem sensu cũ dicto opposito est bonũ argumẽtũ ⁊ econtra: vbi gratia sequtur: iã icipit eẽ ꝙ hoc ẽ: igitur iã desinit esse ꝙ hoc nõ ẽ ⁊ ecõtra. Similiter iã icipit esse ꝙ hoc nõ currit: ergo iã desinit esse ꝙ hoc currit. ⁊ ecõtra. Jã icipit eẽ ꝙ nulla chymera ẽ: igitur iã desinit eẽ ꝙ aliqua chymera ẽ. Jã icipit eẽ ꝙ oĩs homo est: igitur iã desinit eẽ ꝙ hõ nõ est: icipit oĩs fenix currere: igitur desinit fenix non currere. Et sic vlr de alijs: tenet aũt ista cõclusio ꝑ illã regulã cuiuslibet ꝯdictõis alterũ ẽ verũ: ió ad iceptionẽ vnius sequitur desinitio alterius quare ⁊c. Ex prioribus dictis pz ꝙ nõ sequit: tu incipis scire illam propositionem ⁊ illa est aliqua ꝓpositio: igit tu incipis scire aliquã ꝓpositionẽ: sed bene sequitur ꝙ aliquã ꝓpositionẽ incipis scire. Hec sequtur tu incipis scire omnẽ propositionẽ: igitur incipis scire aliquã ꝓpositionem. Similiter non sequitur tu incipis scire oẽm ꝓpositionem. a. est propositio: igitur tu incipis scire. a. Item cum hoc verbo desinit nõ sequitur. Tu desinis scire decem ꝓpositiones. igit desinis scire plures quã quinq: sed bñ sequit decẽ desinis videre: igit plures quã quinq desinis videre: q̃re aũt iste ꝓsequẽtie nõ valeãt patebit ĩ capitulo subsequẽte in quo illorũ verborũ icipit ⁊ desinit assignabuntur cause veritatis.

¶ De incipit ⁊ desinit.

Hã modo ꝓbandi propositiones illoꝝ vboꝝ incipit ⁊ desinit diuersi diuersas sententias notant: dicũt quidã ꝙ nullus terminꝰ cõnotans indiuisibilitatẽ dz ĩgredi expõnes vl ꝓbatões illoꝝ: sicut ly istãs vel immediate q: nihil eis cõrñdet ĩ re: sed loco taliũ ponẽda sũt noia ꝑ diuisibilibꝰ supponẽtia: ut ly tps: cito nũc: vel statim: sic dicendo: sor. nũc ẽ ⁊ nup ante nũc nõ fuit: igitur sor. icipit eẽ. Similiter pla. nũc ẽ ⁊ stati post nũc nõ erit: igit pla. desinit eẽ. Et si q̃ritur penes qd attẽditur lõgitudo tpis ĩportati ꝑ ly nuper statim: vel cito: debẽt rñdere ꝙ ꝓm exigẽtiã ꝓiodi v el factionis. Hã dicũt ꝙ ly cito multo maiꝰ ĩportat tẽpus ĩ expõne illiꝰ ꝓpõnis ß ciuitas icipit eẽ q̃z illius ß domꝰ icipit eẽ: Sicr maius tps cõnotat ly statiz ĩ illa. Ille equꝰ incipit eẽ: q̃z ĩ illa musca desinit esse. Et colorant põnẽ ex mõ loquẽdi: dicimus enim hec ciuitas icipit destrui lz per annũ nõ destruetur: ⁊ dicimꝰ illũ hoĩem icipere moueri: licet ꝑ horã post hoc viuet. Et ꝑ illũ modũ loquẽdi ordinabãt diuersa aduerbia diuersimode tẽpus cõnotare. q̃re ⁊c.

Cõtra istam viam arguitur sic: primo probãdo ꝙ istans ĩ diuisibile ẽ. Hã totũ tps eternũ a pte añ ⁊ a pte post ẽ continuũ cũ tps, sit de nũero ꝓtinuoꝝ ꝑ aristotelẽ ĩ ꝑdicamẽtis ergo ptes eius copulãtur ad vnũ terminũ cõem: pz ꝓña per aristotelẽ ibidẽ: q̃ro ergo de illo termino cõi vtr sit diuisibile vel idiuisibile. Si idiuisibile hẽo ꝓpositũ cũ ñ possit eẽ nisi istans. Si dicitur ꝙ ẽ diuisibile sequtur ĩmediate ꝙ illud tps nõ ẽ cõtinuũ eo ꝙ ptes ille nõ sũt ĩmediate: imo valde mediate ꝑ terminum diuisibilẽ. ¶ Secũdo arguit sic. si ly ẽ ĩ illa. Hoc ẽ. nõ significaret istans sz tps diuisibile sequtur talẽ ꝓñam nõ valere: hoc ẽ albũ: igit hoc nõ ẽ nigr ⁊ sic oppositũ cõsequẽtis stabit cũ añte vz hoc ẽ albũ ⁊ ß est nigrum. Sed tũc arguitur sic. hoc est nigrum. ergo ß nõ est albũ pz ꝓña: q: nigrũ ⁊ nõ albũ cõuertũtur. Et tũc vltra hoc ẽ nõ albũ. igit hoc nõ ẽ albũ: pz ꝓña ab affirmatiua de predicato ĩfinito ad negatiuã de ꝑdicato finito. Et sic cõcludit vitas hay hoc ẽ albũ ⁊ hoc nõ ẽ albũ. ¶ Tertio sequt ꝙ hoc vbũ ẽ: ẽ terminꝰ cõis qõ ẽ falsũ: cũ sit vbuz supmũ qõ nõ põt ꝓbari ꝑ aliqõ suũ superius. Et ꝙ illud sequat ꝓbo. Hã ipse bz ĩfinita supposita: igit ẽ terminus cõis. pz ꝓña ⁊ añs similr. Hã ipsũ supponit ꝑ quolibet tempore pñti ꝑ eos sed ĩfinita sũt tẽpora pñtia q: quocũq dato illud ẽ diuisibile in ĩfinita tẽpora: igit ⁊c. ¶ Quarto sequitur ista cõclusio: ꝙ iã ẽ filius natus cuiꝰ mater iã ẽ virgo: q: ꝑ illos ly iam denotat diuisibile. sit ergo annus ille cuius iã sit vltia hora in qua sit filius alicuius mulieris natus q̃ mulier fuit isto ãno vgo ⁊ sequitur propositum.

¶ Quinto arguit sic respectu diuersorũz põt idẽ tps tenere cito ⁊ nõ cito. vt respectu medici ⁊ patientis tempꝰ curationis. ergo ⁊ respectu diuersorum stat ꝙ a non deceptis credant illa cõtradictoria: illa sanitas incipit esse illa sanitas nõ icipit eẽ: q: respectu medici stat credi: illas exponẽtes eẽ veras. ß sanitas nunc nõ ẽ ⁊ nup post hoc erit. et similiter respectu patiẽtis stat credi illas eẽ veras. ß sanitas nunc nõ ẽ nec statim post hoc erit. Ex qua sequtur ꝙ sanitas nõ icipit esse. ergo cõclusio. ¶ Sexto sequitur ꝙ in medio istius horẽ sor. incipiet currere. lz ꝑ totã horã curret. Et similiter ꝙ sor. incipiet currere ⁊ pla. icipit currere ⁊ neuter illoꝝ currit. ⁊ quãdo sor. curret plato sedebit. immo sequitur ꝙ nõ ẽ possibile ꝙ sor. icipiat currere nisi ĩfinities icipiat currere ⁊ ĩfinities icepit currere et infinities icipiet currere. Et ꝓñr sequit ꝙ qcunq icepit eẽ homo ĩfinities icepit eẽ homo ⁊ ꝑ ꝓñs bis ter quater. Et sic vltra icepit eẽ hõ. ⁊ bis fuit homo qõ ipsimet negãt ĩ multis locis. dicẽdo ꝙ ly bis dicit iterruptionem tpis ⁊ ß bis fuit homo significat ꝙ aliqñ tu fuisti ⁊ postea nõ fuisti hõ. Et itez secundario post nõ esse fuisti hõ ꝙ ẽ falsũ. q: qõ semel ẽ corruptum amplius regenerari non põt per pßum in secundo de generatione. ¶ Septimo sequitur ꝙ tu icipis esse ⁊ desinis esse supposito ꝙ ꝑcise ꝑ horã vtristi ⁊ ꝑcise per horã viues. q: nunc tu es ⁊ nuper ante nunc non fuisti. igitur incipis esse. Similiter tu nunc es. ⁊ cito post nunc non eris. ergo desinis esse. Et si ipsi concedẽt conclusionem. Arguitur tunc sic. Tu desinis esse. igitur datur primum non esse tui ⁊ vltimum esse tui. pz consequentia eo ꝙ ly desinit ⁊ hoc disiunctum primum non esse vel vltimum esse conuertantur. Si datur primum non esse tui igitur tu non es ab exposita ad vnam suarum exponentium consequens contra casum. ex quo etiam sequitur ꝙ tu non incipis esse quod est contra alteram partem ꝓclusiõis. Si ãt dicit ꝙ dat vltimuz eẽ tui. igr alicui rei primanẽtis viuẽtis dat vltimũ eẽ qõ ipsimet reputãt ꝑ icõuenicti. Multe alie ꝓclusiões absurde sequuntur ex hac opi. que

omnes tenent propter diuisionem tpis ipportati p ly nup
statim vel cito in eorum exponentibus. quare ꝛc.

Secunda opinio ponit ꝙ qlibet predictorum verborum dupliciter exponitur. Iam hoc verbum incipit vno modo exponitur per positionem de presenti ꝛ remotionem d̄ preterito: ut sor. incipit esse: exponitur sic. sor. nunc est ꝛ sor. immediate ante hoc non fuit. Secūdo modo exponitur per remotionem de presenti ꝛ positionem de futuro. vt sor. incipit eē albus: sor. nūc non est albus ꝛ immediate post hoc erit albus. Ita similiter propositio in qua ponitur hoc verbum desinit dupliciter exponit. vno modo p negatiuam de presenti ꝛ affirmatiuā de preterito: vt sor. desinit esse: sor. nunc nō ē ꝛ immediate ante hoc fuit. Secūdo modo exponitur per affirmatiuam de presenti ꝛ negatiuā de futuro: vt sor. desinit esse. i. sor. nunc est ꝛ immediate post hoc sortes non erit.

Contra istum modū exponēdi arguitur sic: non sequitur: sor. nunc ē ꝛ immediate ante hoc sor. non fuit. igit sor. incipit esse: ꝛ per consequens antecedēs non exponit consequens. primo modo. Et ꝙ ꝓnia non valet. probo. ꝛ pono ꝙ tu sis ꝛ fueris per centum annos precise ꝛ demonstro p ly hoc instans initiatiuū illorū centū annorū: tunc pz vitas ānitis cū falsitate ꝓnitis. Sz forte dicit ꝙ requirit demōstratio pnitis ꝛ nō preteriti ad hoc ꝙ expositio sit bona. ¶ Sz certe adhuc ꝗ responsio non est sufficiens: qz volo demōstrare precise instans presens: ꝛ patet statim ꝙ ꝓsequentia non valet: quia crastina die antecedens erit verū ꝛ consequens falsum. qz crastina die erit ita ꝙ sor. nunc ē ꝛ immediate ante hoc non fuit demōstrādo instans quod est presens: supposito ꝙ sor. in hoc istanti incipiat eē. Et si dicitur ꝙ oportet ꝙ cras demōstretur instans pro quo ꝗ verificabitur sor. nūc est. apparet ꝙ hoc non sit verū: qa tunc esset aliud antecedens et nō istud qd̄ modo ē. propter aliā ꝛ aliam demōstrationē. Ad hoc. n. ꝙ propositio antecedētis vel cōsequētis remaneat eadem requiritur p manentia sue significationis. ꝛ vbi oppositum fieret ñ remaneret idē antecedens vel consequens. Forte dicerent isti aliter ꝙ ꝗ ꝓpositio. Sor. incipit esse. exponitur sic. primo modo. Sor. in hoc instanti ꝙ ē presens ē. ꝛ immediate ānꝗ istās ꝙ ē pnis ñ fuit ꝛ sic de alijs correspōdēter: sz certe adhuc hoc non sufficit. quia non sequitur. sortes incipit eē. igitur sor. in hoc instanti ꝙ est presens ē ꝛ immediate ān istās ꝙ ē presēs nō fuit: qz ānis ē verū ꝛ ꝓnis falsū: supposito ꝙ sor. incipiat eē p remotionē de presenti ꝛ positionē de futuro. Et si dicitur ꝙ hoc ē ipossibile: dicatur ꝙ nō: quia hoc deus potest facere. Et si non sufficit ꝗ respōsio assumatur hec ꝓpō. Iā incipit esse aliqd istius hore demōstrādo horā futurā ꝛ pz ꝙ nō sequit: iā incipit eē aliqd isti⁹ hore: igit iā ē aliqd isti⁹ hore ꝛ immediate ān hoc istās: ꝙ ē p̄sens nō fuit aliqd isti⁹ hore. qz ānis ē verū ꝛ ꝓnis falsū pro prima parte. ¶ Secūdo arguitur cōtra aliū modū exponendi eiusdē verbi. Iā nō sequitur. Sor. nūc nō ē albus ꝛ immediate post hoc erit alb⁹. ergo sor. incipit eē albus: ꝛ p ꝓnis ānis nō exponit ꝓnis secūdo mō. Et ꝙ ꝓnia nō valet: pz supposito ꝙ p ly hoc demōstretur istās post mille annos i quo icipies esse albus ꝛ nō ān. Etiā nō sequitur: tu incipis eē albus: igitur tu nūc nō es alb⁹ ꝛ immediate post hoc istās qd̄ ē pnis eris albus: supposito ꝙ iā icipias esse albus: ꝛ cras sil'r incipias eē albus: Isto posito pz ꝙ cōsequētia nō valet: qz cras erit ānis verū ꝛ suū ꝓnis falsum: qz cras nō erit ita ꝙ hoc istās ꝙ ē p̄sens ē vel erit. demōstrādo idē ꝙ iam demōstratur: ergo cras erit hec falsa: immediate post hoc instans ꝙ est presens eris albus eodez modo demonstrato. Et sicut arguitur de ista dictōe icipit Ita pōt arguiri de ista dictione desinit. ¶ Adhuc forte dicerēt isti alii. ꝙ p̄dicta verba nō exponūt p tales copulatiuas sz p vnā ꝓpōnē disiunctiuā cui⁹ ille copulatiue sunt ptes pncipales: vbi gra. Sor. icipit eē alb⁹ exponit sic: sor. in hoc istāti ē alb⁹: ꝛ immediate ān hoc nō fuit alb⁹ vel sor. in hoc istāti nō ē alb⁹ ꝛ immediate post hoc erit alb⁹. Similit sor. desinit eē alb⁹ exponit sic: sor. in ꝗ istāti nō ē alb⁹ ꝛ immediate ante hoc fuit albus: vel sor. in hoc istāti ē albus ꝛ immediate post hoc erit albus ꝛc. ¶ Contra: ista cōsequētia nō valet. sor. incipit esse albus: igitur sor. in hoc instāti ē albus ꝛ immediate ān hoc nō fuit albus vel sor. in hoc istāti ñ ē albus ꝛ immediate post hoc istās erit alb⁹: qz oppositū ꝓnitis stat cum ante: hec. n. stāt simul: sor. icipit eē alb⁹ ꝛ tñ nō ē in hoc istāti albus nec fuit ante hoc istās alb⁹ nec erit post ꝗ istās albus: vt posito ꝙ sor. incipiat eē alb⁹. Et demōstro p ly hoc istās pteritū p mille ānos āte qd̄ sor. ñ fuit: tunc pz ꝙ sor. incipit esse p casum ꝛ tamen sor. non est in hoc istāti: qz hoc istās nō ē: nec fuit ān hoc istās p casū: nec erit post hoc istās: qz hoc istās nō ē: nec erit: imo etiā nō seqt. Tu incipis esse alb⁹: igitur tu es alb⁹ i hoc istāti ꝙ ē pnis ꝛ immediate ān hoc nō fuisti alb⁹ vl nō es albus i istanti ꝙ est pnis ꝛ immediate post hoc eris alb⁹: qz crastina die erit antecedēs verū ꝛ cōsequēs falsū: supposito ꝙ cras icipies eē albus: nō enī erit cras verū ꝙ tu es albus in hoc instāti ꝙ ē pnis vel immediate post hoc eris albus demonstrato istāti ꝙ ē modo: cū nūqz ipm istās erit. ¶ Itē cū hoc vbo desinit nō sequitur: tu desinis eē albus: igitur tu non es albus i hoc istāti: ꝛ immediate ān hoc fuisti albus vel tu es albus i hoc istāti ꝛ immediate post hoc nō eris alb⁹: qz oppositum ꝓnitis stant cum antecedente: hec enim stāt sil'. Tu desinis esse albus: ꝛ tamen non es alb⁹ in hoc instanti nec fuisti albus ān hoc istās: nec eris alb⁹ post hoc instās: suppono enim ꝙ tu desinas eē albus ꝛ ꝙ per ly hoc demonstretur instans futuꝝ per mille annos post qd̄ tu non eris tunc patet ꝙ tu desinis esse albus p casum: ꝛ tamē tu nō es in hoc instanti: qz hoc istās nō ē: nec fuisti āte hoc istās qz hoc istās nō ē. nec fuit: nec eris post hoc istās per casū. Et si dicitur ꝙ opz demonstrari istās p̄sens adhuc nō valet argumentū: qz cras erit antecedēs verū ꝛ ꝓsequēs falsum: supposito ꝙ non sis nec fueris albus: tunc patet ꝙ cras erit ānis verum ꝛ ꝓnis falsū: quia cras non erit ita ꝙ tu es alb⁹ i hoc istāti nec erit ita ꝙ tu fuisti albus ān hoc istās demōstrādo semp istās qd̄ ē presens ēre ꝛc.

Propter hec et alia argumenta pz quosdaz alios non bene dixisse ꝙ ly incipit exponitur vno modo sic: sor. incipit esse. sor. nunc non est: ꝛ immediate ante instans p̄sens non fuit. Et secundo modo sic: sor. nunc non est ꝛ immediate post instans presens erit. Similiter sor. desinit eē. Primo modo sic exponitur: sor. nūc non est. ꝛ immediate ān instans pnis fuit. Et secūdo modo sic: sor. nunc est ꝛ immediate post istās pnis non erit. non obstāte ꝙ nō fiat determinatio p demōstrationē. Sūmo enīz hanc ꝓpositōz tu icipis eē albus: ꝛ quero nūquid exponitur primo vl secundo modo. Si primo modo. ¶ Cōtra ista cōsequētia nō valet: tu icipis eē albus: igitur tu nunc es albus ꝛ immediate ante presens instans non fuisti albus ꝛ per consequens non exponitur ly incipit primo modo. Et ꝙ cōsequētia ñ valeat pz supposito ꝙ tu incipias esse alb⁹ per remotiōz de presenti. Si āt dicitur ꝙ exponitur secūdo modo. Cōtra: ista ꝓnia nō valet. Tu icipis eē albus. igit tu nō es albus ꝛ immediate post instās pnis tu eris albus. Et si sic nō exponitur. Secūdo mō: ꝛ ꝙ illa ꝓnia nō valet pz supposito ꝙ tu icipias eē alb⁹ p positionē de presenti. Sz forte ꝗ diceretur sicut quidā dicunt ꝙ casus est impossibilis dicēdo ꝙ si aliquid ē albū prius fuit album. sicut si aliquid mouetur prius mouebatur. Contra hoc arguitur sic. qñcūq; aliquis hō incipit esse ꝛ ille est aliquo colore colorat⁹ ꝛ aliquando albus aliquādo niger vel aliquo alio colore: ponatur: igitur ꝙ tu incipias eē ꝛ sis albus tunc patet ꝙ tu es albus ꝛ nunqz fuisti albus: quia nunqz fuisti ergo pz possibilitas casus. Item arguitur eod ē modo ꝙ aliquid mouetur ꝙ nūquā mouebat in eodē casu: qz tu moueris vt suppono ꝛ nūqz mouebaris. quia non fuisti. igitur ꝛc. Et si dicitur negando ꝙ mouearis. sed bene immediate post hoc moueberis: pono igitur aliter ꝙ sit vna mulier pregnans cum fetu aliquo in quo non sit adhuc itroducta ānima intellectiua. sz itroducet i medio istāti isti⁹ hore ꝛ moueat

batur ⁊ assigno hanc propositionem. Neuter istorum est que sit.a.tunc pz ꝙ uterq; istorum demõstratis sor.et platone potest scire.a.propositionem.quia sor.potest scire.a.propositionem.⁊ plato similiter:⁊ tam sortes q̃z plato est aliquis illorum.igitur ⁊c̃.consequentia patet:⁊ añs ꝓbat pro maiori.sequit̃ isti nõ sũt:igit̃ neuter eorꝝ ẽ. Ista ꝓña ẽ bona scita tam a sor.quã a platone esse bona ⁊ a quolibet eorum potest sciri antecedens:ergo a quolibet eorũz potest sciri consequens quod est prima pars conclusionis:et secunda probatur:q: si.a.potest sciri ab aliquo istorũz ponatur igitur ꝙ sciatur ab aliquo istorum. Et arguitur sic. A scitur ab aliquo istorum:igitur isti sunt:ergo uterq; eorꝝ est ⁊ per consequens.a.non est uerum:neuter istorum ẽ. Ideo.a.non scitur ab aliquo illorum:quia nihil scitur nisi uerum. ¶ Et si arguitur sic.a.potest sciri ab isto demonstrato sor.⁊ idem.a.potest sciri ab isto demonstrato platone:igitur.a.potest sciri ab istis:negatur consequentia. Sz bene sequitur ꝙ.a.ab istis bene potest sciri:sicut non sequitur:tu potes scire hoc:demonstrãdo regem sedere ⁊ potes scire hoc demonstrando:nullum regem sedere:igitur potes scire ista:sed bene sequit̃ ꝙ ista tu potes scire. Imo de presenti non tenet talis consequentia unde non sequit̃. Tu credis hoc esse hominem ⁊ credis hoc esse hominez igitur credis ista esse homines:probatur ⁊ sint sor.⁊ plato remotis sic ꝙ credas ꝙ sint duo hoies ⁊ unus canis:pz casus:quia possibile est ꝙ distincte uideas facies sor.⁊ platonis ⁊ cum hoc indistincte pedem sortis. Ita ꝙ credas hoc demonstrando pedez sor.esse caput canis:tunc i isto casu si proponeretur tibi ista ß sunt duo homines ⁊ unus canis demonstrando ut prius concederes: admisso ergo isto casu apparet antecedens:⁊ disparet consequens: qa non credis illa esse homines.sed homines ⁊ unum canez ¶ Et si arguit̃:ista credis esse homines:ergo credis ista esse homines:quia non refert preponere uel postponere terminum demonstratiuuz. Huic dicitur negãdo ꝓmaz consequentiam. Et ad probationem dico ꝙ non refert ꝑponere vel postponere terminum demonstratiuum singularis numeri. Unde non sequitur ista credo esse vera demonstratis duobus contradictorijs:igitur credo ista eẽ vera demonstratis eidem. Ista credo esse sor. demõstratis duobus hominibus omnino similibus:igitur credo illa esse sor. Ista apparent esse pedalia:ergo apparet ꝙ ista sint pedalia: demonstratis duobus quorum vnum sit pedale insensibiliter maius alio:ut superius dicebatur. Similiter in singulari numero non sequitur:cum determinabili:ut hoc album scio esse sor.igitur scio hoc albuz eẽ sor. hoc.a.scio esse verum:ergo scio hoc.a.esse verum. Et sic de alijs:imo ñ seq̃:ß istorꝝ scio eẽ uerꝝ.igr̃ scio ß istorꝝ esse uerꝝ:posito ꝙ credã ꝙ hec de?ẽ sit oĩs ꝓpositio:quã sciaz esse veram:tunc patet ꝙ hoc istorum scio esse verum: qa hoc scio esse verum.s.deus est:⁊ hoc est istorum: q: de numero istorum deus est ⁊ homo est asinus: igitur hoc istorum scio esse verum:⁊ tamen nescio hoc istorum esse verum:quia nescio ista esse:imo credo ipsa non esse: quia credo illam deus est esse omnem propositionem. ¶ Aliquando tamen cum determinabili iserit sensus diuisus sensum compositum:⁊ hoc determinabili existente palã conuertibili cum predicato dicti aut superius ad idem. Sequitur enim hunc hominem scio esse hominez:ergo scio hũc hominem esse hominem:hoc animal scio esse animal: igitur animal hoc scio esse animal.hoc album scio esse albuz igitur scio hoc album esse album:⁊ sic consequenter vbi determinabile palam conuertitur cuz predicato dicti ⁊c̃. Etiam sequitur hoc animal scio esse hominem:igitur scio hoc animal esse hominem.hoc coloratum scio esse albuz igitur scio hoc coloratum esse album. Et sic de singulis. ¶ Notanter adiungo illum terminum palam: quia vbi non sciretur determinabile conuerti cum predicato dicti aut esse superius ad idem non oporteret talem cõcedi cõsequentiam: dato enim ꝙ non scires ly risibile conuerti cũ illo termino homo:non habes concedere illam consequẽtiam:hoc risibile scis esse hominem:ergo scis hoc risibile esse hominem:tunc staret veritas antecedentis cum falsitate consequentis supposito ꝙ non scires istum esse risibilem:sed bene scires istum esse hominem. Ubi tamen scires illa duo conuerti tunc sequitur satis bene:hoc risibile scis esse hominem:ergo scis hoc risibile esse hominem. Consimiliter dico de termino superiori ꝙ non infert se in sensu composito nisi palam fuerit superius. Si enim non scires ꝙ ille terminus coloratum esset superius ad ly album non haberes concedere illam consequentiam: hoc coloratũ:scio esse album:ergo scio hoc coloratũ esse albũ quia in casu possibili antecedens est verum ⁊ consequens falsum: vt posito ꝙ scias hoc esse album demõstrato vno lapide ⁊ non scias hoc esse coloratum:quod satis possibile est dato ꝙ magister tuus cui firmissime crederes diceret tibi scias ꝙ nullum album est coloratum: sed precise calidum vel frigidum tunc in casu isto antecedens est verum ⁊ consequens falsũ. vbi tamen non tibi placeret exẽplum istud:potes et aliud presentare. vnde non sequitur hoc imutatiuum scis esse coloratum:igitur scis hoc imutatiuum esse coloratum supposito ꝙ scias hoc esse coloratum ⁊ non scias ipsum esse imutatiuum:sicut patet de rustico. Isto posito antecedens est verum:quia hoc scis eẽ coloratum ⁊ hoc est hoc imutatiuuz:ergo hoc imutatiuũ scis esse coloratum:⁊ tamen tu non scis hoc imutatiuum esse coloratum:quia non scis hoc esse imutatiuum ut patet per casum. Quare autem huiusmodi consequentie nõ ualent est quia illa determinabilia non sunt palam superiora ad dictorum predicata.ubi tamen essent palam supiora habes concedere illas consequentias:quia nũq̃ posses ponere antecedens ⁊ deponere ꝓñs quare ⁊c̃.

Nona cõclusio Aliqua est ꝓpositio quaz scis esse veram: ⁊ tamen illa non est scita a te:sed tibi dubia: ꝓbatur:⁊ pono ꝙ hãc propositionem.a.est.b.que sit.a. scias conuerti cum vno illorum contradictoriorum tibi dubiorum. Rex sedet ⁊ nullus rex sedet. Isto posito patet ꝙ.a.propositionez scis esse veram:quia scis ipsaz conuerti cum vero. Sequitur enim.a.conuertitur cum vero:ergo.a.est verum. Ista cõsequentia est bona scita a te esse bona ⁊ antecedẽs est scitũ a te:igitur ⁊ consequens:sed consequens primarie significat.a.esse verum:igitur tu scis.a.esse veruz quod erat ꝓbandum. Et ꝙ.a.non est scituz a te:sed tibi dubiũ: ꝓbat nullum illorum contradictoriorum est scitum a te:sed qõlibet tibi dubium:omne.a.scis conuerti cum altero illorũ ergo nullum.a.est scitum a te sed tibi dubium. Similiter tu non scis significatum primarium.a.igitur tu non scis.a. patet consequentia:⁊ antecedens probatur. Tu non scis significatum primarium alicuius illorũ contradictoriorum sed tu scis bene ꝙ significatum vnius illarum est significatum.a.vel conuertitur cum significato.a.igitur ⁊c̃. patet consequentia cum minori:⁊ maior probatur. Nam tu nõ scis regem sedere:nec scis nullum regem sedere ⁊ scis bene ꝙ nullum est significatum primarium illarum nisi regem sedere vel nullum regem sedere:igitur tu nõ scis aliquod significatum primarium illarum.

Cõtra istam conclusionem arguitur sic. Sequitur tu scis.a.esse verum. igitur tu scis significatum primarium.a.esse verum ⁊ illud scis significari per.a. Et vltra tu scis significatuz primariũ .a.esse verum ⁊ illud scis esse significatum.a.igitur aliqõ significatum primarium verum scis significari per .a. ergo tu scis.a.patet consequentia quia scire.a.est scire suum primarium significatum verum ⁊ illud sciri significari per .a. ¶ Ad istud respondetur negando consequentiam primam:quia sciendo.a.esse uerum nullum significatum primarium.a.scio esse verum.sed bene scio primarium significatum.a.esse verum:quia scio illu ꝰ conuerti cum uno ſz bene sequitur scio.a.esse uerum:igitur scio significatuz primarium.a.esse uerum ⁊ scio illud significari per .a. quia hec ꝓpõ ẽ scita a me significatũ primariũ.a.ẽ uerꝝ. Et si dr̃ ex qº scis illõ significatũ priariũ significari p.a.dez gº illõ significatum:huic dicitur ꝙ non oportet dare illud signifi-

catum primarium ex quo ly illud stat confuse tantuz: Cõcedo enim q̃ scio alterum illorum significatorum esse verum demonstrando regem sedere ⁊ nullum regem sedere ⁊ scio q̃ illud significatur per vnam illarũ Rex sedet ⁊ nullus rex sedet: ⁊ tamen si petitur qd̃ est illud non est singulariter satisfaciendũ petitioni pp cãm dicã ⁊c̃.

Forte adhuc dubitatur inducendo experiẽtiam: videmus enim cõmuniter q̃ si aliqua propositio scitur esse vera q̃ illa scitur: sicut patet de illis deus est: homo est animal: nullus homo est asinus: nulla chymera est: Adaz fuit vel antichristus erit Et sic de alijs. Ac etiam si sua significata sciuntur esse vã ⁊ illa sciuntur: eoipso enĩ q̃ deũ esse scio eẽ vex: scio deũ eẽ: si scio nullã chymerã eẽ eẽ vex scio nullã chymerã eẽ. Et si scitur antichristum fore vel fuisse: Et sic de alijs vt patet quare ergo si scio. a esse verum non scio. a. ⁊ si scio significatum primarium. a. esse verum non scio significatum primarium. a.

Ad istud respondetur q̃ est magna causa: Ratio. n. quare scio istam deus ẽ: est: q: scio suum significatum primariũ qd̃ scio significari per illam: q: deuz eẽ ⁊ illud scio significari per illam deus est Et sic de alijs: ſz nõ scio. a. q: non scio suum significatum primariuz vt probatuz ẽ nec aliqd̃ significatum primarium scio significari per illam: vnde hec propositio nulla chymera est scitur a me: ⁊ scio ipsam esse veram: q: scio suum significatuz primarium ⁊ scio suum significatum primarium esse vex: ymo suum significatum primariũ scio esse verum. Si ergo eẽt aliqua propositio cuius significatum primariũ scirẽ eẽ verum illa propositio sciretur a me dato q̃ scirẽ illã sic significare primarie: sed non sufficeret q̃ scirẽ suum significatum primariũ: ⁊ q̃ scirẽ illud significari ab illa sicut pz de .a. qd̃ scio esse verum ⁊ tamen non scio ipsum: q: nõ scio suum significatum primarium nec aliqd̃ significatum primarium scio significari per illaz sicut nec aliqd̃ significatuz primariũ scio esse verum illorum contradictoriox nec aliquod tale scio significari per illa ⁊c̃.

Vltima cõclusio est ista: Si iste rex sedet ⁊ tu credis firmiter absq̃ hesitatiõe q̃ iste rex sedet tu scis q̃ rex sedet: pz conclusio sumendo scire cõiter: q: scire cõiter non ẽ aliũd q̃ firmiter credere absq̃ hesitatione cuz hoc q̃ ita sit ex pte rei: propterea cõcedo q̃ tu scis q̃ aĩxp̃s erit: ⁊ q̃ dies iudicij erit: ⁊ q̃ xp̃s fuit incarnatus ⁊ passus pro redẽptiõe humani generis: q: hec omnia firmissime credis absq̃ aliqua hesitatione ⁊ sicut credis ita est ex parte rei ⁊c̃. Sed non sequitur rex sedet ⁊ tu credis firmiter absq̃ hesitatione q̃ rex sedet igitur tu scis q̃ rex sedet: q: ponatur q̃ rex anglie sedeat quem credas non sedere ⁊ q̃ rex scotie non sedeat quem firmissime credas sedere Isto posito pz antecedens esse verum ⁊ consequens esse falsum. Nam tu deciperis precise credendo regem sedere ⁊ vnum regez precise credis sedere: igitur tu nõ scis regẽ sedere. ¶ Verũtamen si rex sedet ⁊ credis firmiter sine hesitatiõe eundem regẽ sedere tu scis regẽ sedere q̃re ⁊c̃.

Contra istam descriptionem arguitur sic: naz data ipsa sequitur q̃ aliquis in casu dubitat se scire sic eẽ vel sic eẽ qd̃ est impossibile: Et consequentia probatur: ⁊ pono q̃ tu credas sine hesitatione q̃ iste rex qui sit omnis rex sedeat. Isto posito propono tibi Iste rex sedet. Et cum ipsa sit dubia tibi ⁊ impertinens sequitur q̃ est a te dubitãda: deinde propono: tu scis q̃ iste rex sedet ⁊ videtur q̃ sit a te dubitanda quia non est concedenda cum sit falsa non sequẽs ex aliquo cõcesso nec concessis nec ex opposito bene negati nec oppositis bene negatorum nec etiam neganda: quia sequitur ex posito ⁊ vna propositiõe tibi dubia ergo videtur q̃ sit dubitanda ⁊ per consequens bene respondẽdo habes dubitare eam Et si sic sequitur conclusio probanda vz q̃ aliquis in casu dubitat se scire sic esse vel sic esse. Et q̃ illa tu tu scis illum regem sedere sequatur ex vna propositione tibi dubia ⁊ posito probatur: q: sequit̃ tu credis firmiter sine hesitatione q̃ iste rex sedet ⁊ ita est q̃ iste rex sedet ergo tu scis q̃ iste rex sedet pz ꝓñia p p̃dicta ⁊c̃.

Ad istud potest multipliciter responderi p̃mo admittẽdo positionẽ ⁊ cũ ꝓponit̃: iste rex sedet: dr̃ concedendo: non q: verum sed quia creditũ a me absq̃ hesitatione: vnde bene sequitur. Tu firmiter credis absq̃ hesitatione q̃ iste rex sedet ergo q̃ ille rex sedet est a te concedendum q: si firmiter credis absque hesitatione q̃ iste rex sedet tunc istum regem sedere est a te concedendum negandum vel dubitandum: non negandum nec dubitandum. quia credo firmiter istum regem sedere esse verum: ergo sequitur q̃ illud est a te concedẽdum: dato enim pro vero ⁊ non proposito q̃ antichristus nunquam erit proposita tibi ista antichristus erit concedes eam: non q: veram vel scitam a te sed q: creditaz: q: firmiter credis q̃ antichrist⁹ erit. ¶ Similiter dato q̃ veniret vnus qui non esset rex quem firmiter crederes esse regem ⁊ ita diceretur ab omnibus q̃ esset rex: tunc proposito tibi: iste est rex concedes ipsam: non quia veram vel scitam a te sed quia creditam. Et tunc ad argumentuz quo probatur hanc esse dubitandaz a me: Iste rex sedet quia illa est mihi dubia ⁊ impertinens ergo ⁊c̃. Dicitur negando consequentiam: sed debet sic argui Ista est dubia significãdo primarie ⁊ impertinẽs: igitur illa ẽ a te dubitanda: ꝓcedo ꝓñaz: ⁊ nego primã partẽ añtis: q: repugnat casui: Ista enim duo repugnãt: Tu credis firmiter absq̃ hesitatiõe q̃ iste rex sedet ⁊ tu dubitas illaz iste rex sedet sic significãdo priarie q̃ iste rex sedet. ¶ Forte ꝑ diceret̃ q̃ illa duo ñ repugnãt: q: stat satis bñ q̃ tu dubites illã ⁊ q̃ illa sic significet priarie q̃ iste rex sedet: ⁊ tñ q̃ tu credas firmit̃ r̃gẽ sedẽ ⁊ vt posito q̃ tu credas firmit̃ istũ regẽ: dubites papã eẽ quã credas priarie significari per illam: Iste rex sedet: Isto posito pz q̃ illa nõ repugnant ꝑ enim est tibi dubia iste rex sedet: que primarie significat istum regem sedere non obstante q̃ credas ipsam aliud significare primarie Et tamen credis firmiter istum regẽ sedere per positũ. ¶ Ideo dico q̃ licet illa non repugnãt tamen ista bene repugnãt hec est tibi dubia ⁊ impertinẽs Iste rex sedet quam credis primarie significare istum regem sedere ⁊ tu credis firmiter istum regez sedere: quia ex prima parte sequitur q̃ tu dubitas istum regem q̃ repugnat scd̃e parti. ¶ Ad inferendum ergo q̃ hec est a te dubitãda debet sic argui: Illa est tibi dubia ⁊ impertinẽs Iste rex sedet quaz scis ⁊ credis primarie significare istũ regem sedere: igitur illa est a te dubitanda: consequentia est bona sed antecedens est negandum: quia repugnans vt ostensum est: Ex isto sequitur q̃ non valet hec forma. ¶ Hec propositio est falsa ⁊ impertinens ergo est a te neganda: posito q̃ credas firmiter absq̃ hesitatione q̃ hoc est asinus demonstrato sorte remotis Tũc proposita tibi ista iste est asinus est a te concedenda: quia credita firmiter absq̃ hesitatione ⁊ tamen ipsa est falsa ⁊ impertinẽs. Si tamen ipsa esset falsa ⁊ impertinens quam scires esse falsam ⁊ impertinentem sciendo ipsam primarie significare q̃ hoc est asinus tunc ipsa esset a te neganda sed iam in proposito antecedens repugnat casui. ¶ Item non sequitur: Ista propositio est vera ⁊ impertinens igitur a te est concedẽda: posito q̃ crederes absq̃ hesitatione q̃ ego nõ sum homo Tunc proposita tibi ista Ego sum homo: est a te neganda: quia suum contradictorium est creditum firmiter absq̃ hesitatione ⁊ tamen illa est vera ⁊ impertinens vt patet: vbi tamen illa esset vera ⁊ impertinẽs quã scires esse veram ⁊ impertinentem sciendo ipsaz primarie significare q̃ ego sum homo tunc ipsa esset a te concedenda: sed iam in proposito antecedens est repugnans quare ⁊c̃. patet: igitur responsio ad illud argumentum: cuz ponitur q̃ tu credas firmiter absq̃ hesitatione q̃ iste rex sedet admittitur Et cum proponitur iste rex sedet concedatur: quia creditum deinde cum proponitur: tu scis q̃ iste rex sedet ꝓcedat̃: q: sequit̃ ex posito ⁊ vno ꝓcesso. Si tñ imediate post positũ ꝓpõeret̃ ista Tu scis q̃ iste ẽ rex

negarem ipsam: q: falsa ⁊ impertinens quã scio esse falsã sic significando primarie ꝙ tu scis istum regem sedere: ⁊ sciendo ipsam sic primarie significare: deinde supponere illa ille rex sedet deberet negari: q: repugnat posito ⁊ opposito bene negati. Sequitur enim credis firmiter absq; besitatione ꝙ iste rex sedet ⁊ non scis ꝙ iste rex sedet: igit iste rex non sedet: patet consequentia: quia ex opposito cõclusionis cum maiori sequitur oppositum minoris. Sequitur enim iste rex sedet ⁊ tu credis firmiter absq; besitatione ꝙ iste rex sedet: ergo tu scis ꝙ iste rex sedet semp̃ vniformiter demõndo: pz ꝓñia p̃ prius dicta.

Secunda responsio Ad argumentum principale ẽ admittendo positum ⁊ concedendo idem. Et cuz proponitur: Iste rex sedet dicitur dubitando: q: dubia ⁊ impertinens: deide cum proponitur: Tu scis ꝙ iste rex sedet: debet negari: non q: falsa ⁊ impertinens: q: sequitur ex posito ⁊ vna propositione tibi dubia: sed q: falsum non sequens ex aliquo concesso vel concessis: opposito bene negati vel oppositis bene negatorum: nec ex aliquo a te dubitando: vel bene dubitato: vnde non sequitur: illa propositio sequitur ex casu ⁊ vna propositione tibi dubia: igitur illa non ẽ a te neganda: vt posito ꝙ omnis rex currat ⁊ ꝙ sit hic coram te vnus homo quem nũquã vidisti quez bene scias non currere. Isto posito propono tibi illam: Iste est rex demonstrato isto quem iam vides. Et cum illa sit tibi dubia ⁊ impertinens debet dubitari: deide propono iste currit: debet negari q: scis ipsum non currere per casum: illa ergo propositio est a te neganda: Iste currit: ⁊ tamen sequitur exposito ⁊ vna propositione tibi dubia: sequitur enim omnis rex currit iste est rex ergo iste currit: ymo ego concedo ꝙ aliqua propositio est a te neganda q̃ sequitur exposito ⁊ vna propositiõe scita a te: vt posita illa tu es rome ⁊ proposita ista Ego sum rome est a te negãda q: falsa ⁊ impertinens ⁊ tamen sequit̃ ex posito ⁊ vna propositione scita a me: sequitur. n. tu es rome ⁊ ego suz tecum igitur ego sum rome.

Contra istam responsionem arguitur sic: sequitur tu credis firmiter absq; besitatione ꝙ iste rex sedet ⁊ iste rex sedet: ergo tu scis ꝙ iste rex sedet. Ista ꝓsequẽtia ẽ bona scita a te eẽ bona ⁊ antecedens est tibi dubium: igitur consequens non ẽ a te negandum: patet consequentia ⁊ antecedens probatur: Illa est vna copulatiua cuius vna pars est concedenda ⁊ reliqua dubia: igitur tota copulatiua est dubia: dz ꝙ illa consequentia non valet. Ista consequentia est bona scita a te esse bona ⁊ antecedens est tibi dubium: ergo consequens non est a te negandum: q: depono tibi istã rex est: qua deposita facio istam consequentiam Rex sedet ergo rex est: Ista consequentia est bona scita a te esse bona ⁊ antecedens est tibi dubium ⁊ tamen consequens est a te negandum: q: depositum igitur ⁊c̃. Non tamen dico ꝙ p̃posita mihi illa Rex sedet deberem ipsã dubitare: ymo negare: quia antecedit ad depositum. Sed si proponitur illa est tibi dubia conceditur: q: vera ⁊ impertinens deposito vt patet ituenti. Verũtamẽ nego ꝙ illa copulatiua sit mihi dubia: quia bene scio alteram partem esse falsz: videlicet tu credis firmiter absq; besitatiõe ꝙ iste rex sedet: lz enim ꝙ ista sit mihi posita ⁊ a me concedenda ipsa tamen est falsa quam scio esse falsam sicut ante positionem sciebam: vñ posita mihi ista: omnis rex currit iste est rex demonstrato vno quem nunq̃z vidisti quem scias nõ currere patet ꝙ illa copulatiua est a me neganda: quia ex ipsa sequitur vnum a me negandum vz iste currit: ⁊ tamẽ vna pars illius est concedenda a me ⁊ reliqua mihi dubia ⁊ dubitanda a me: vz iste est rex ⁊c̃. Etiam non sequitur hec est vna copulatiua cuius quelibet pars principalis est mihi dubia ⁊ nulla alteri repugnat nec est in cõpossibilis ergo ipa ẽ mihi dubia pz in casu priori de ista copulatiua omnis rex currit ⁊ iste est rex: certum est ꝙ quelibet pars est mihi dubia ⁊c̃. ⁊ tamen ipsa nõ est mihi dubia: quia scio ipsam esse falsam eo ꝙ scio ex ipsa sequi falsum: vz iste currit: ymo nullo posito casu quelibet pars illius est a me dubitanda quarum nulla alteri repugnat: nec est incompossibilis ⁊ tamen illa copulatiua non est a me dubitanda sed neganda: quia ex ipsa scio sequi aliquod negandum a me videlicet iste currit. Sed si fuerit aliqua copulatiua cuius nulla pars repugnat alteri nec eidem est incompossibilis quam non scio esse falsam nec ex ipsa sequi aliquod falsum ⁊ quelibet pars est mihi dubia vel solum vna: illa ẽ mihi dubia. Et si quelibet pars fuerit a me dubitanda vel solum vna cuz illis circũstantijs ex qua nõ scio sequi aliquod negandum a me: illa est a me dubitanda sicut patet de istis: rex sedet ⁊ papa dormit: rex sedet ⁊ homo est animal: quarum quelibet est mihi dubia ⁊ a me dubitanda iuxta dicta. Ex quibus patet ꝙ illa copulatiua tu credis firmiter absq; besitatione ꝙ iste rex sedet ⁊ iste rex sedet non est mihi dubia: quia scio alteraz partem esse falsam: nec est a me dubitanda: quia falsa nõ sequens ex aliquo cõcesso nec concessis opposito bene negati nec oppositis bene negatorum nec ex aliquo bene dubitato vel dubitando vt patet intuenti. Sed de his copulatiuis clarius dicet̃ i materia ypotheticarũ vbi tangã qd̃ requirit̃ ad ꝟ ꝙ copulatiua sit dubia vel dubitãda.

Tertia responsio negat de virtute sermonis illam descriptionem scientie: dicendo ꝙ scire est per certas causas p̃positionis veritatez apprehendere vt patet primo posteriorum. Et licet philosophus diffiniat scientiam maxime proprie dictam non tamen obstat quin illa diffinitio sit bona de scientia cõmuniter dicta. Et tunc ad casum posituz: admittitur. Et cum proponitur illa: Iste rex sedet: non est respondendum concedendo negando nec dubitãdo: nõ dobitando nec negando: quia credo firmiter ꝙ iste rex sedet: ⁊ ꝙ illa propositio sit vera nec etiam concedendo: qa nullam euidentiam nec causam habeo quare ipsam deberem concedere cum sit falsa ⁊ impertinẽs relinquitur ergo ꝙ est credenda. Consimiliter ad aliam respondetur videlicet: Tu scis ꝙ iste rex sedet: non concedendo nec negando ipsam nec dubitando sed credendo: non soluz quãdo proponitur in tertio loco: ymo etiam in secundo inmediate postpositum: non enim concedendo nec dubitando vt patet nec etiam negando: quia nullam euidentiam habeo ꝙ non sciam sic esse: per casum: nec sum oblitus: in oppositum: igitur debeo credere illam: nam sicut sine besitatione credo istum regem sedere sic sine besitatione credo me scire istum regem sedere: ⁊ cum sic credo sine besitatione non est aliqua euidentia quare deberem illaz negare cum proponitur in isto casu ⁊c̃. rex sedet vl' tu credis regem sedere ⁊ sic debet responderi potius credo ꝙ sic: vel stat cũ casu: aut ego nescio: vñ patet alias dari posse responsiones q̃z concessiones ⁊ negationes. Et si cõtra hanc responsionem aliquod fieret argumentuz respõdeatur ꝟm modum prime responsionis quam inter ceteras reputo meliorem.

Quarta responsio admittit casum. Et cum proponitur illa: iste rex sedet: dubitatur: ⁊ etiam illa: tu scis ꝙ iste rex sedet: vbicunq; ⁊ quãdocunq; proponitur: quia si in illo casu: iste rex sedeat: illa est concedenda: si non sedeat neganda: ⁊ cum nõ sequitur ex casu ꝙ iste rex sedeat: nec sequitur oppositu: patet igitur ꝙ illa est mihi dubia: iste rex sedet: ⁊ per consequẽs: alia: scio ꝙ iste rex sedet ab illa dependens est mihi dubia.

Contra istam conclusionem arguitur: probando ꝙ impossibile est aliquem dubitare se scire sic esse vel sic esse: quia si non: ponatur igitur ꝙ tu dubites te scire. a. propositionem: ⁊ ꝙ tu scias. a. propositionem: tunc arguitur sic: tu scis. a. propositionem ergo percipis. a. propositionem: patet consequentia: quia non videtur ꝙ quis sciret aliquid nisi perciperet illud. Et vltra tu percipis. a. p̃põnẽ: igitur percipis te percipere illam. Probo ꝓñam: q: per quascũq; euidẽtias percipis sic esse per easdem euidentias: percipis te

percipere sic esse: fm illam propositionem philosophi q̃ eodem sensu sentio ⁊ sentio me sentire ergo eisdem euidẽtijs percipio ⁊ percipio me percipere: q: percipere ẽ sentire: tunc vltra tu percipis te percipere .a. propositionez ergo scis te scire illam: patet consequentia per predicta ex quo consequenter sequitur q̃ tu nõ dubitas te scire illaz: quod est oppositum conclusionis concesse. ¶ Similiter arguitur ex alia pte q̃ si tu dubitas te scire .a. propositionẽ tu non scis .a. propositionem qõ est ꝯ casum: probat: sequitur: tu dubitas te scire .a. propositionem ergo consideras an scias .a. propositionem ⁊ non percipis te scire .a. ꝓpositionem: pz ꝓnia ab vno ꝓuertibili ad reliquuz: tunc vltra: tu non percipis te scire .a. ꝓpõnem: igit non pcipis te pcipere .a. ꝓpõnẽ. Tũc vltra tu nõ pcipis te pcipe .a. ꝓpõz igitur non percipis .a. propõnem: pz ꝓnia: q: ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis vt probatum est: tunc vltra. Tu non percipis .a. propositionem ⁊ consideras an scias illam per assumptum prius: igitur tu non scis .a. propositionem igitur. a primo ad vltimum: si tu dubitas te scire .a. propositionem tu non scis .a. propositionem qõ est contra casum. Et ista consequentia est bona scita a te esse bona ⁊ antecedens est scitum a te ergo ⁊ consequens ergo tu scis te non scire .a. propositionez ⁊ p̃ consequens tu non dubitas te scire .a. propositionẽ q̃ iterum est oppositum conclusionis concesse. ¶ Secõ arguitur sic: Sequitur: tu dubitas te scire .a. igitur consideras an scias .a. ⁊ non scis te scire .a. ⁊ tu es igitur tu nescis te scire .a. Tunc sic: tu nescis te scire .a. ⁊ ꝯsideras an scias .a. ergo per aliquam euidentiam ad oppositum mouentem nescis te scire .a. igitur per illaz euidentiam credis te non scire .a. vel igitur q: credis te non sufficienter considerare vel q: .a. apparet tibi falsum: Sed nõ primo modo: quia iam sufficienter consideras vt probatum est ergo .a. apparet tibi falsum ⁊ per consequens nõ scis .a. quod est oppositum casus ⁊ responsionis.

Ad ista respondendo Cõcedo cũ responsione illa q̃ possibile est q̃ tu dubites te scire .a. propositionem. ¶ Ad quod probandum arguo sic: Et pono q̃ tu scias istam propositionem triangulus habet tres angulos equales duobus rectis: que sit .a. quam scias optime demonstrare de qua consideras an scias ⁊ an scias ipsam demonstrare: Et dum tu sic cõsideras circa .a. Veniat magister tuus cui plus credis q̃z tibi ipi qui asserat te nõ scire .a. nec ipsum scire demonstrare ꝯ asserat falsum. Isto posito patet q̃ tu scis .a. sicut prius scinisti ⁊ tamen nõ scis te te scire .a. sed dubitas te scire .a. vnde ꝓposita ista Tu scis .a. diceres nescio vel dubito si scio .a. pri? credidi me scire .a. sed iam credo me non scire .a. patet ergo q̃ non sequitu: Tu scis .a. igitur tu scis te scire .a. q: in isto casu scis demonstrare .a. ⁊ dubitas demonstrationem tuam esse sufficientem. ¶ Secundo posito q̃ .a. sit altera illarum deus est ⁊ homo est asinus ⁊ lateat te tũc si proponeretur istis de opi. contraria. Tu scis .a. dubitarent: q: sequitur fm eos tu scis illam propositionem deus est ⁊ illa est .a. igitur tu scis .a. consequentia est bona scita ab eis esse bona ⁊ antecedens est dubitãdum ab eis ergo consequens non est ab eis negandum: nec etiam concedendum: q: stat q̃ .a. sit illa homo est asinus igitur dubitandũ ⁊ per consequẽs sequitur q̃ ipsi dubitant se scire .a. ¶ Tertio arguitur sic: scire .a. est prius q̃z scire se scire .a. sicut intelligere hoc vel illud est prius q̃z intelligere se intelligere hoc vel illud: per prius enim intelligo hominem q̃z intelligam me intelligere hominem sicut per prius video q̃z videaz me videre. Si ergo scire .a. est prius q̃z scire se scire .a. ⁊ omne prius stat esse sine suo posteriori ergo stat te scire .a. ⁊ nõ scire te scire .a. ¶ Quarto arguitur sic: sequitur tu scis istam propositionem deus est: igitur deus est de?: q: ꝓnis est necessarium ⁊ antecedens est contingens. Sed omne necessarium stat sciri absq̃z aliquo contingenti: igitur stat me scire consequens illius ꝓnitie non sciendo antecedens: ⁊ sic sequitur de possibili q̃ scio illam propositionem ⁊ non scio me scire illaz. ¶ Quinto si queritur a te: quot propositiones scis potes conuenienter respondere: nescio: maximi numerum illarum: ⁊ nescio quot scio: q: possibile ẽ q̃ scias centum propositiones ⁊ tamen nescias te scire illas: quia si tibi proponerem. Tu scis centum propositiones: dubitares: vel diceres nescio me scire centum: ⁊ consequenter etiam est possibile q̃ tu scias .a. propositionem ⁊ nescis ymo dubites te scire illam: Et sic patet q̃ non est impossibile. Ymo verum q̃ quis dubitat se scire sic esse vel sic esse: ⁊ scit .a. vel .b. propositionem ⁊ tamen nõ scit se scire illam quare ⁊c.

Jam ad argumenta in oppositũ respondetur admittendo q̃ possibile est q̃ tu dubites te scire .a. propositionem: ⁊ cum ponitur cum eodem q̃ scias .a. admitto. Et tunc ad argumentum: tu scis .a. propositionez ergo tu percipis .a. nego consequentiam q: ad hoc q̃ sciam .a. nõ requiritur q̃ pcipiam .a. nec considerez in actu de .a. quia sic quandocunq̃z cessarem cogitare de propositione scita a me statim desinerem scire illam ⁊ consequenter quantũcunq̃z bene sciret aliquis demonstrare omnes conclusiones euclidis ipse non sciret illas nisi actu cogitaret de omnibus illis que omnia sunt falsa: nõ ergo sequitur: scio illa propositionem: igitur scio me scire illaz vel cõsidero nunquid scio illam: quia stat me scire illam: vt probaui ⁊ non scire me scire illam. Considerando adhuc vtrum scio illam: Ymo stat q̃ sciam aliquam propositionẽ ⁊ tamen q̃ non credam me scire illam: nec sciam me scire illam: nec dubitem me scire illam: nec considerem me scire illam: vt patet de homine dormiente ⁊ de eodem vigilante posito q̃ nulli propositioni scite aduertat. ¶ Dato adhuc q̃ sequatur. Tu scis igitur tu percipis .a. dicendo q̃ non sequitur. Tu percipis .a. igitur actu consideras de .a. negatur alia cõsequentia. Tu percipis .a. ergo percipis te percipere .a. Sicut non sequitur: tu vides .a. igitur vides te videre .a. Tu intelligis hoc vel illud igitur intelligis te intelligere hoc vel illud. Anima enim per prius intelligit obiectum extra q̃z intelligat se intelligere: quia per prius est actus rectus anime q̃z reflexus: non ergo mirum si percipis .a. propositionem ⁊ non percipis te percipere illam. Et tunc ad argumentum: per quascunq̃z euidentias percipio aliquid per easdem euidentias percipio me percipere illud: nego hoc: quia diuerse ꝓpositiones diuersas euidentias requirunt ad hoc vt pcipiantur: vel sciãtur: ymo sicut propositiones diuerse specie differunt Ita requirit euidentias specie differentes: quia ergo .a. propositio dato q̃ sit illa deus est vel triãgulus habet tres angulos: differt ab ista specie ego percipio .a. igitur ad hoc q̃ percipiãtur vel sciantur requiruntur euidentie distincte specie. Jõ percipio .a. ⁊ percipio me percipere .a. ⁊ per alias euidẽtias percipio .a. ⁊ per alias percipio me percipere .a. Et tunc ad argumentum: Eodez sensu sentio ⁊ sentio me sentire concedo: quia eadem anima sentio ⁊ sentio me sentire: eodem sensu cõmuni video ⁊ video me videẽ. ¶ Nõ tamen concedo q̃ per quascunq̃z euidentias sentio vel video q̃ per easdem sentio me sentire ⁊ video me videre. Certum est enim q̃ per speciem obiecti extra sentio ⁊ video ⁊ tamẽ per illam non sentio me sentire nec video me videre sed per vnam aliam causatam a sensu exterioi ad sensum cõmunem. ¶ Admisso tamen q̃ per quascunq̃z euidentias percipio per easdem percipio me percipere. ¶ Adhuc non valet illa cõsequentia. percipio .a. ergo percipio me percipere .a. quia per easdem euidentias anima per prius fertur in actum rectum quam reflexuz: modo percipere .a. est actus rectus ꝯ percipere se percipere .a. est actus reflexus. Et licet concedam q̃ eadem euidentia percipio ⁊ percipio me percipere: non tamen oportet q̃ quandocunq̃z percipio percipiam me percipere: sicut anima eodem sensu sentit ⁊ sentit se sentire non tamẽ quãdocũq̃z sentit sentit se sentire per hoc patet responsio. Ad aliud argumentum concedendo omnes ꝓsequẽtias: quo usq̃z dicitur tu non percipis te pcipere ergo tu nõ pcipis

dicendo ꝙ consequentia non valet nec ex opposito conse/ quentis sequitur oppositum antecedẽtis vt imediate p/ bam. ¶ Ad secũdũ argumentũ pŏt similr leuiter rñderi cõcedẽdo illas ꝓñas. Tu dubitas te scire.a.igitur conside ras an scias.a.⁊ non scis te scire.a.⁊ tu es.igit nescis te sci re.a.igitur p aliquam euidentiam monentem ad oppoſi/ tum nescis te scire.a.igit p illam euidentiam credis te nõ scire.a.concedo omnes istas consequentias. Et cum in/ fertur ergo credis te non sufficienter considerare: vel.a. apparet tibi falsum. Dico ꝙ vtrunq; istorum est com/ possibile omnibus concessis. Nã sicut dubito me scire .a. Ita possibile est cum eodem ꝙ credam me non sufficien ter considerare de.a. Et non sequitur tu sufficienter consi/ deras de.a.igitur credis te sufficienter considerare de .a. sicut patuit in primo argumento quo ponebatur ꝙ tu sci/ res.a.⁊ ipsum optime demonstrare: sed postea assentien do magistro tuo crederes te nõ scire.a.tunc patet ꝙ suffi cienter tu consideras circa.a.⁊ tamen credis te non suffi/ cienter considerare: ex quo etiaz sequitur ꝙ tu scis.a.⁊ ta/ men apparet tibi falsum ponendo ꝙ scias .a. ⁊ magister tuus dicat tibi ꝙ.a.esset falsum cui firmissime credas: tũc patet ꝙ tu scis.a.⁊ tamen.a.apparet tibi falsum: quia cre dis firmiter.a.esse falsum.quare patet argumẽta illa mo/ dicum obuiare prioribus dictis. ¶ Ex his consequenter innitur harum possibilitas: tu dubitas te credere sic esse vel sic esse.tu dubitas te dubitare sic esse vel sic esse. posi/ to nempe casu ꝙ imediate ante hoc instans quod est pre sens vidisti sortem quem firmiter credidisti esse sor.⁊ be/ ne scias ꝙ vnus sor.⁊ omnis sor.⁊ ꝙ iam objiciatur tibi. Sor.⁊ plato omnino similes ⁊ ita dispositi ꝙ inter eos ñ videas distinctionem. Isto posito quocunq; illorum de/ monstrato ⁊ proposita tibi ista. Tu credidisti istum esse sor.patet ꝙ ß est a te dubitanda: quia sequitur tu credidi/ sti illum esse sor.quem prius vidisti vt suppono cum ca/ su: ergo dubitas ꝙ credidisti istum esse sor. Et sicut argui tur de preterito potest argui de presenti. ponendo cum casu ꝙ credas illum esse sor.quem prius vidisti tunc pro/ posita ista. Tu credis istum esse sor.quocũq; illorum de/ mõstrato ẽ a te dubitanda per argumentum primuz. Cõ similiter declaratur possibilitas alterius partis: videlicet ꝙ in casu tu dubitas te dubitare sic esse vel sic esse: ponen do ꝙ.a.⁊.b.propositiones sciantur a te .⁊.c. dubitetur a te non existentibus alijs ab istis ꝗ aliqua istarum. Et sic transponantur quod nescias que sit.a.que.b. aut que.c. Iaz casus est possibilis: quia stat cum illo casu ꝙ nescias que illarum sit.a.vel.b.vel.c. cum stat.a.sciri a te ⁊ te ne scire ꝙ.a.scitur a te: vt posito ꝙ sit.a.illa deus est ⁊ lateat te: non tamen sequitur: lateat te.a.sciri a te.igitur tu dubi/ tas.a.sciri a te: quia multa latent te: de quibus non consi/ deras.isto posito patet cum proponitur hec: tu dubitas hoc quocũq; demonstrato illorum.a.b.c.quod est a te du bitanda: non enim est a te concedenda: quia stat ꝙ per ly hoc demonstretur.a.nec etiaz neganda: quia forte demõ stretur.c.sequitur: ergo ꝙ est a te dubitanda.

Contra ista dicta arguitur. Primo cõ tra illud quod dici/ tur ꝙ possibile est ꝙ tu dubitas te credere sic esse vel sic esse: quia sequitur dubitas te credere sic esse: igit tu suffi/ cienter consideras an credis sic esse vel non: patet conse/ quentia. Iam ex eo ꝙ tu dubitas tu consideras. Et sequi tur vltra tu dubitas te credere sic esse ⁊ consideras suffi/ cienter an credis sic esse vel non: igitur tu non credis sic eẽ patet consequentia. Iam ex opposito conclusionis cum minori sequitur oppositum alterius premisse: sequitur eni tu credis sic esse ⁊ consideras sufficienter an credis sic esse vel non: igitur percipis te credere sic esse ⁊ per conseqns non dubitas te credere sic esse. ¶ Secundo arguitur ꝙ non est possibile ꝙ tu dubitas te dubitare hoc: quocunq; demonstrato: quia sequitur: tu dubitas an dubitas hoc: igitur consideras an dubitas hoc: ⁊ non percipis te dubi/ tare hoc: ergo non percipis aliquam dubitationem quaz habes de hoc ergo nulla hesitatio huius te mouet: q: si aliqua sit hesitatio ipsa mouet. Aliter enim non diceretur hesitatio: ergo nulla est tibi hesitatio de hoc: ergo non du/ bitas hoc. Ille omnes consequentie sunt scite esse bone: ⁊ formales ⁊ scis omnia antecedentia. igitur scis vltimuz consequẽs quod scis primarie significare te dubitare hoc ergo non dubitas te non dubitare: ⁊ per consequens tu non dubitas te dubitare hoc ꝙ est oppositum primi. Et ista vltima consequentia tenet: quia ex opposito sequitur oppositum: vt sequitur: tu dubitas te dubitare .a. igitur dubitas te non dubitare.a.probo consequentiaz: quia scis illa esse contradicentia tu dubitas.a.tu non dubitas .a.⁊ dubitas primum: igitur ⁊ secundum.

Ad ista respondetur ¶ Ad primuz concedo totũ quousq; fit illa consequentia: tu dubitas te credere sic esse ⁊ consideras sufficienter: an credis sic esse vel non: igitur tu non credis sic esse: nego consequentiam: quia in primo casu: tu consideras sufficienter: an iste est sor. vno illorum demonstrato. Et dubitas te credere ipsum esse sor.q: du bitas an ille sit homo quem prius vidisti: ⁊ tamen tu cre/ dis istum esse sor.dato cum casu ꝙ iste sit ille quem prius vidisti: quia sequitur iste est ille quem prius vidisti: ergo credis istum esse sor.consequentia est bona antecedens to tum stat cum casu: ergo ⁊ consequens: ꝙ consequentia sit bona patet: quia oppositum consequentis cum antecedẽ/ te casui repugnat: videlicet tu non credis istum esse sor. ⁊ iste est ille quem prius vidisti quia ponebatur ꝙ continue crederes illum esse sor.quem prius vidisti ⁊c. Et tunc ad argumentum nego ꝙ ex opposito sequitur oppositum. vnde non sequitur: tu credis sic esse ⁊ consideras sufficien ter an credis sic esse: igitur percipis te credere sic esse: ne/ go consequentiam: quia dico ꝙ stat i casu illo ꝙ credo hoc esse sor.⁊ tamen non percipio me credere hoc esse sor. si/ cut superius dicebatur: ꝙ stat me scire.a. vel.b.⁊ conside rare sufficienter: an sciam vel non ⁊ tamen non percipere me scire: quia licet sufficienter considerem dubito tamen an sufficienter considero. ¶ Ad secundum argumentum respondetur concedendo totũ quousq; dicitur: tu non p/ cipis aliquam dubitationem quã habes de hoc: igitur nul la hesitatio hui⁹ mouet te: quia in casu secundo dubito hoc demonstrato.c.⁊ per consequens hesitationez habeo de ipso.c.ex quo considero ⁊ tamen non percipio aliquã du/ bitationem quã habeo de hoc: quia non percipio me du/ bitare hoc: eo ꝙ non percipio hoc esse.c.sed.a.vel.b. vel .c.⁊ nullum illorum diuisim. ¶ Vlterius etiam non se/ quitur: nulla hesitatio hui⁹ te mouet: nec aliqua est tibi he/ sitatio de hoc igitur non dubitas hoc: quia stat me dubita re.a.vel.b.non considerare an dubito.a.vel.b. imo non habere considerationem circa.a.nec circa.b.quia sicut stat ꝙ sciam.a.⁊ non considerem de.a.ita stat ꝙ dubitem .a. ⁊ non considerem de.a.modo eo ipso ꝙ non haberem consideationem de.a.nulla hesitatio ipsius.a.me moue/ ret ⁊ tamen dubitarem.a. Non ergo sequitur dubito vel credo.a.ergo scio me dubitare vel credere.a.quia cuz to to antecedente stat ꝙ non scio nec dubito nec credo me dubitare aut credere.a.quia cum ipso antecedente stat ꝙ non considerem an dubito vel credo .a. ¶ Ex his se/ quitur ꝙ termini quos quidam solent habere notos me diante hoc dubito possunt verificari de aliqua re sicut sunt isti: scitum a te: tibi dubium: creditum: propositio fal/ sa.propositio negatiua.⁊ hoc dubito esse scitum a me.hoc dubito esse mihi dubium.hoc dubito esse creditum a me hoc dubito esse propositionem affirmatiuam.hoc dubito esse propositionem negatiuam. Mirabile esset ꝙ statim cum mihi proponitur aliqua propositio scirem ipsam esse affirmatiuam vel scirem ipsam esse negatiuã. possent enim mihi proponi propositiones hebraice vel grece.⁊ non sci rem an aliqua illarum esset affirmatiua vel negatiua. quia nescirem copulam principalem affirmari vel negari cum non cognoscerem terminos illius: affirmationes nec nega tiones. Et ß de sensu composito ⁊ diuiso sic minime de/ clarata dicta sufficiant.

¶ De scire ⁊ dubitare.

Quia i tractatu precedẽte pluries tãgebat ꝯ indecisede scientia ⁊ dubitatiõe necessitate ⁊ cõtingentia. Ideo de eisdẽ ꝯ clarius tradendo sciam duo dubia in pñti volo perquirere. primum est vtrum scitum ab aliquo fit tibi dubiũ vel nõ scitum eidem. ¶ Secũdũ ẽ vtrum ens aliqd̃ futurũ contingẽs de necessitate eueniet: ⁊ pducet. ¶ Pro probatione pmi dubij arguitur sic. Scitũ a te est tibi dubium: igitur questio falsa: patet consequentia ⁊ antecedens probatur: quod sciebatur a te ẽ tibi dubiũ. igit̃ scitum a te est tibi dubium: pꝯ pñia ab vno convertibili ad reliquum. Et etiã in alijs bene sequitur: quod fuit ẽ plato ergo preteritus est plato. quod amabat ẽ sor. igitur amatus ẽ sortes. aliꝯ probatur: hec est tibi dubia papa ẽ rome ⁊ hec sciebatur a te vel fuit scita a te: igitur quod sciebatur a te vel ẽ scitũ a te ẽ tibi dubium: quod erat probãdum. ¶ Secũdo arguitur sic: ⁊ pono q̃ scias. a. eẽ alteram illarum deus est ⁊ hõ ẽ asinus ⁊ q̃ vnũ. a. ẽ oẽ. a. ⁊ lateat te que illarum ẽ a sed bene scias q̃ illa ẽ necessaria deus ẽ et reliqua impossibilis homo ẽ asinus. isto posito: ppono tibi. a. Si cõcedis: cõtra ex tibi dubio. tu cõcedis ipossibile non obligatus igitur male respondes: aliꝯ patet: q: ex tibi dubio. a. est illa homo est asinus. Si negas. a. contra ex tibi dubio tu negas necessarium: igitur male respondes: probatur: quia ex tibi dubio. a. est illa deus est. Si dubitas. a. tũc arguitur sic: tu dubitas. a. ⁊ bene respondes: igit̃. a. ẽ tibi dubiũ: ꝯ ex tibi dubio. a. est scitum a te. ergo ex tibi dubio. a. scitur a te ⁊ dubitatur a te ⁊ per cõsequẽs que stio nõ est simpliciter negãda. Et q̃ ex tibi dubio. a. ẽ scitũ a te probatur: q: ex tibi dubio. a. est illa deꝰ est quare ⁊c. ¶ Tertio arguitur sic: ⁊ suppono cum toto casu priori q̃ omnis propositio de qua consideras quã nõ scis esse veram nec scis esse primam sit tibi dubia: isto supposito arguitur sic: cum casu stat q̃. a. est scitum a te ex casu sequit̃ q̃. a. est tibi dubium: sed quicquid stat cũ casu stat cũ quolibet sequente ex casu: igit̃ ista stant simul. a. est scitum. a. ⁊ idem. a. est tibi dubium: pꝯ cõsequẽtia: ⁊ antecedẽs probatur: primo pro prima parte quia sequit̃: ꝯ est scituꝯ a te demonstrãdo illam deus est ⁊ illa est. a. igitur. a. est scituꝯ a te cõsequentia bona ⁊ antecedẽs stat cum casu: igit̃ ⁊ cõsequẽs. Et q̃ ex casu sequitur q̃. a. ẽ tibi dubium probat nã oĩs propositio de qua tu cõsideras quã nõ scis eẽ verum nec scis esse falsam est tibi dubia. Sed. a. est propositio quã nõ scis esse verã nec scis eẽ falsam. ergo. a. est tibi dubia: pꝯ pñia cũ maiori: q: suppositũ ⁊ minor seqtur ex casu:: q: ex casu seqt̃ q̃ tu nõ scis. a. esse verum: nec scis. a. esse falsum q̃ est illius minoris illatiuꝯ.

Ad hec respondetur ¶ Ad pmuꝯ dico q̃ pbat intentum de virtute sermonis sed non ad bonuꝯ itellectũ q: gramatici nõ hñt pticipiũ pñtis tpis ĩ passiua significatione: iõ sumũt participium preteriti tpis large ⁊ sit tã significatiũ pñtis tpis q̃ꝯ preteriti: ppterea ly scitũ cõmuniter saltem cum iungitur subiectiue verbo pñtis tpis convertitur cũ illo cõlpexo: illud quod scitur. Et quãdo coniũgitur vbo preteriti tpis: significat illud q̃ sciebatur. Sed quia ꝯ ẽ voluntarie dictum q: similis equipollẽtia in alijs nõ reperitur ut amatus ẽ sor. percussus est ioãnes. iõ cuꝯ proponitur scitũ a te est tibi dubium dꝯ concedi si hec cõcessa fuerit quod sciebatur a te est tibi dubium. Et si ex ꝯ cõcluditur q̃ omne scitum ẽ. ⁊ scitum non est: q̃ sunt contradictoria q: tñ ens est scitum: ergo omne scitum est. Et etiam q̃ scitum non est quia hoc nõ est demonstrando illam. Adam est: ⁊ hoc est scitum quia sciebatur: igitur scitum non est. ¶ Ad istud respõdetur cõcedẽdo illã oẽ scitũ est: quia aliquod scitũ ẽ ⁊ nõ ẽ aliquod scitũ qn illud est. Et non sequitur: aliqd ẽ scitũ q̃ non est: ergo non omne scituꝯ est: quia ly scitum in antecedẽte ampliatiue supponit ⁊ nõ sic in consequente: quia noialiter sumitur. Sed bñ sequit̃ aliquid est aliqd scitũ q̃ nõ ẽ. igitur nõ oẽ scitũ ẽ: sed nego antecedens: quia includit contradictionem: per hoc patet q̃ non sequitur hoc nõ est ⁊ hoc est scitum: igitur scitũ nõ ẽ: ppter rationem priorem ampliationis: sed bene sequit̃ hoc non est ⁊ hoc est aliquod scitum: igit̃ scitum nõ est ꝯ aliꝯ est impossibile. ¶ Ex isto sequitur q̃ scitũ ẽ oẽ scituꝯ est: ⁊ aliquid est scitum ⁊ illud non est: sicut omne coloratum est ⁊ aliquid est coloratum quod non est. Istũq̃ tamen probabitur q̃ omne scitum vel coloratum est ⁊ aliquid est ens scitũ vel ens coloratum quod non est: de hac mã nolo multum loqui quia ipsam plenius declarabo in materia pñtiarum: verũtamen vt ĩ processu huius qõnis nõ cõtingat difficultatem fieri de hoc termino scitum volo ipsum semper sumere prout convertitur cuꝯ illo termino quod scitur. Et sic cõsequẽter negabo illam scituꝯ a me est mihi dubium sicut illam qõ scitur a me ẽ mihi dubium quare ⁊c. ¶ Ad secũdũ argumẽtum multiplices inuenire sponsiones: prima autẽ negat casum duplici de cã: primo q: casus sibijpsi repugnat: ista. n. duo repugnãt. Tu scis. a. eẽ alteram illarum ⁊ latet te que illarum est. a. q: ex secunda pte sequit̃ q̃ latet te que illaruꝯ est altera illaꝯ: que repugnat prime pti casus ⁊ toti casui. ¶ Secũdo negetur casus: quia non ẽ possibile. a. eẽ aliquã ppositionẽ sicut nõ est possibile hoĩem eẽ ppositionẽ: quia. a. est littera vocalis ⁊ nõ est possibile aliquã litteram vocalem eẽ propositionem quare ⁊c. Prima ratio non valet. quia per idem deberet negari talis casus: vt posito q̃ ꝯ essent duo hoies ⁊ scires bene q̃ vnus illorum esset sor. sed lateret te qs illorum esset sor. quia tunc secunda pars significaret q̃ latet te quis illorum est alter illorum. nec etiaꝯ secũda ratio valet: quia ꝯ nullum a. quod est littera possit esse propositio tamen bene possibile est q̃. a. sit ppositio: sicut licet nullus sor. qui est homo possit esse asinus tñ bene possibile ẽ q̃ sor. sit asinus. Et si dicitur q̃ non est similitudo q: sor. ẽ nomen proprium ⁊ non. a. huic dicit̃ q̃ sicut ly sor. ẽ nomen proprium competẽs aĩalibus sic. a. b. c. ⁊ alia sunt nomia ppria propositionũ. Et sicut ly sor. vl' plato cõpetere pũt homini vel asino: sic ly. a. potest convenire propositioni ⁊ propositioni ⁊ littere vocali: sed non idẽ. a. quia nõ ẽ possibile q̃. a. propositio sit. a. littera: sicut non ẽ possibile q̃ sor. homo sit sor. asinus sed sicut possibile est q̃ sor. sit homo ⁊ q̃ sor. sit asinus sic possibile est q̃. a. sit ppositio ⁊ q̃. a. sit littera: posito ergo q̃ vnum. a. sit omne. a. ⁊ q̃. a. sit propositio debet admitti casus ⁊ tunc dicere q̃ omne. a. ẽ propositio: ⁊ negare q̃. a. sit littera: quia semper sequitur. a. ẽ littera: ergo. a. non est propositio sicut sequitur sor. ẽ hõ igitur sor. non est asinus sor. n. vnum. a. est omne. a. ⁊ illõ. a. est propositio: igitur nullũ. a. ẽ littera: sicut sequitur: vnus sor. est omnis sor. ⁊ ille est homo: igitur nullus sor. est asinus: vbi tamen poneretur q̃. a. esset propositio ⁊ ppone retur. a. est littera concederem quia verum ⁊ ĩ ptibus: et ⁊ tunc negarem q̃ vnum. a. esset omne. a. sed concederẽ q̃ plura. a. essent: sicut posito q̃ vnus asinus esset sor. admitterem ⁊ cõcederẽ illam: sor. est homo: ⁊ negarem q̃ vnus sor. esset omnis sor. tãq̃ꝯ repugnãs ⁊ cõcederẽ tãq̃ꝯ sequẽs q̃ plures sunt sor. Et sic p omnia dicatur de ly. a. sicut dicitur de ly sor. Et si dicitur. vnde habet q̃ ly. a. sit nomen proprium competens propositionibus dico q̃ habeo. a. cõi modo loquendi. q tã sufficiens ẽ constituere ppria nomina sicut est aliquis primus instituens: vnde non dubito q̃ nunq̃ꝯ aliquis primus instituens nomina propa statuit q̃ ly sor. posset asino competere: ⁊ tamen dicimus q̃ potest esse nomen proprium asini: quod aliunde nõ habemus nisi a cõi modo loquendi qui continue admittit ⁊ concedit q̃ sor. est asinus vel bos ⁊ q̃. a. vel. b. est oratio vel propositio quare ⁊c. ¶ Secunda responsio ponit q̃ cum dicitur scias. a. esse alteram illarum potest intelligi q̃ scias illum terminum. a. significare convertibiliter cũ illo illo termino altera istarum: ⁊ tũc non est difficultas respõdendi: quia potest concedi ⁊ negari. a. sicut conceditur et negatur altera illarũ ⁊ cõcederem. a. esse verum ⁊. a. esse falsum sicut conceditur alteram illarum esse veram ⁊ alteram illarum esse falsam: vel potest intelligi q̃ scias illoꝯ terminum. a. convertiꝯ: quertiꝯ cũ illo termino alterũ illorũ

cui imponitur talis terminus.a.ad significandum ⁊ tunc debet responderi sicut cõiter solet responderi. ¶ Sz certe ꝑ responsio est superflua qꝛ si ponerẽ ꝙ soꝛ.esset vnus istoꝛum nõ deberet itelligi ꝙ ly soꝛ.cõuertat cum illo termino: vnus istoꝝ:nec ꝙ cõuertatur cũ tali termino vnus istoꝝ cui talis terminus soꝛ.imponitur ad significandũ: qa potest esse ꝙ soꝛ.sit vnus istoꝛum ⁊ tñ ꝙ ly soꝛ.nõ cõnertatur cum aliquo termino. Ita ĩ proposito apparet dicendum ꝙ stat te scire.a.eẽ alteram illaruz ⁊ nõ itelligere ꝙ .a.cõuertat cũ illo termino altera illarũ:nec cũ illo termino altera illaꝝ cui ille terminus.a.ĩponit ad significãdũ.

¶ Ad hec respondet ad ꝑmum concedẽdo istã consequẽtiam animal mouet igit homo mouet ⁊ negãdo illã animal currit igit homo currit: ⁊ ratio q: in ꝑma antecedẽs est necessarium ⁊ in scõa precise contingens: sicut etiam ista consequentia est bona animal est ens coloratuz igit homo est ens coloratum: ⁊ non ista animal est ens albuz igit homo est ens album. Nam in ꝑma consequens est necessarium ⁊ nõ in secũda. ¶ Ad secundũ etiam similiter dicit ꝙ non est similitudo. quia in vna est consequens de preterito necessarium ⁊ in alia est consequens de presenti cõtingens: vel potest dici negando vtrãq̃z istarum ⁊ cum dicit illud consequens homo currebat est necessariuz concedo igit consequentia bona: non valet argumentum. q: est necessarium per accidens. ¶ Ad tertium similiter respondetur concedẽdo illã consequentiaz aliquid mouet igit celuz monetur ⁊ nõ aliam. q: consequens est necessariuz in illa ⁊ non in alia: Iz igitur concedo illam consequentiam nõ tamen dico illam esse formalez. q: admisso opposito consequentis cum antecedente nõ sequit contradictio formaliter: ⁊ cum dicit motus celi est causa omniuz aliorum motuũ concedo: nec ex hoc sequit formaliter ꝙ deficiente motu celi deficeret ⁊ quilibet alius motus. nõ. n. video ꝙ si celuz desineret moueri quin ego possem moueri localiter alteratione augmentatiõe ꝑcipue nutricatione cuz nullius hominis possit dari vltimum instans sue viuificationis nec semper deficiente causa deficit effectus. posset enim corrumpi cã productiua ignis ipso remanente verum est tamen ꝙ si celum desineret moueri nõ possent actiuitates ⁊ passibilitates hoꝝ inferiorũ longo tẽpore manere.

Secunda regula ꝑncipalis ẽ ista a superiori ad suum inferius negatione postposita deducto quocũq̃z impedimẽto ꝑcedente inferius ⁊ superius vt plurimũ nõ valet consequẽtia nec formaliter nec de forma. hec. n. nullo mõ valz. animal nõ currit igitur hõ nõ currit. q: contradictorium consequẽtis est cõpossibile antecedenti: aliquando autem est consequentia bona formalis ⁊ de forma: sicut hec anial non est igit homo nõ est: ꝙ autem sit formalis ⁊ de forma patet sic arguẽdo: animal nõ est igitur nullum animal est igit nõ homo est ex quo sequitur ꝙ homo nõ est modo certum est ꝙ iste consequentie sunt bone formaliter ⁊ de forma. ¶ Contra istaz regulaz illa consequentia nõ valz animal nõ fuit igit homo nõ fuit igitur nec ista animal nõ est igit homo nõ est. consequẽtia videt tenere a simili ⁊ antecedens pz: posito ꝙ nihil qõ ẽ hõ incipiat esse ⁊ ꝙ brunellus incipiat esse: isto posito antecedens est verum ⁊ consequens falsum. ¶ Secundo arguitur sic. ꝙ illa consequẽtia non sit bona de forma animal nõ est igit homo nõ est. q: similis illi in forma nõ valet. pbatur q: hec nõ valet. for. non est igit iste homo nõ est demonstrato for. q: stat ꝙ iste qui modo est for. aliquãdo nõ erit fort. ipso remanente sicut contingit in creatione pape vel imperatoris. ¶ Tertio arguit de directo cõtra regulam. nam hec consequentia est bona substantia non currit igit corpus nõ currit igit apparet ꝙ ⁊ illa sit bona: animal non currit igitur homo nõ currit. cõsequẽtia tenet a simili: ⁊ pbatur antecedens: ꝑsupposito ꝙ li substãtia in argumẽto sit ꝑdicamentũ ⁊ nõ ẽ min⁹ anologus quo ꝑsupposito ꝙ si substantia nõ currit compositum ex materia ⁊ forma nõ currit ⁊ sic corpus nõ currit. ¶ Confirmatur nam hec cõsequentia est bona quãtitas nõ inheret igitur quãtitas discreta nõ inheret igitur ⁊ alia est bona consequens ꝓbatur quia omnis quantitas est quantitas discreta ⁊ econtra: ⁊ ꝙ antecedens ꝑime consequentie non sit impossibile patet in sacramento altaris.

¶ Ad ꝑmuz dicitur ꝙ nõ est similitudo. q: illa animal nõ est: est impossibilis ⁊ illa anial nõ fuit est cõtingens. ¶ Ad secundum dicit ꝙ scõa consequentia nõ est similis ꝑme. Nam in ista animal nõ est igit homo non est arguit a superiori ad suum inferius ⁊ nõ in ista for. nõ ẽ igitur iste homo nõ est. Iz enim iste terminus for. sit cõmunior q̃z li iste homo tamẽ nõ est superior cum non sit ꝑus natura for. q̃z iste homo. ¶ Ad tertium dico ꝙ nõ est similitudo quia in vna consequẽtia cõuertitur terminus superior cum termino inferiori ⁊ non in alia. Nam illi termini substãtia generalissimum ⁊ corpus conuertuntur ⁊ illi similiter quantitas ⁊ quantitas discreta sed illi non conuertuntur homo ⁊ animal vt satis patet.

Tertia regula est ista a superiori distributo ad suũ inferius per se affirmatiue ⁊ sine impedimẽto est consequẽtia formalis sed nõ de forma. verbi gratia. omne animal currit igitur omnis homo currit: ꝙ autẽ non sit bona de forma pz quia non sequit omnis homo currit igitur omnis for. currit. nec sequit omne animal currit igitur omnis asinus currit vel quilibet homo currit. ¶ Contra istam regulam arguit sic ista. consequentia nõ valz oĩs color est igitur omnis albedo est. ⁊ tamẽ hic arguit per regulam. igit ⁊c. consequentia pz cum minori ⁊ maiorẽ probo. Nam oppositum consequentis stat cum antecedente igit consequentia nõ valet. antecedens ꝓbatur ⁊ facio istã consequentiam nihil est album igit nulla albedo est. antecedens est possibile igitur ⁊ consequens ⁊ antecedẽs ꝑme consequẽtie est necessarium igit stabunt ista simul: omnis color est ⁊ nulla albedo est ⁊ ꝙ possibile sit nulluz album esse. ꝓbatur q: possibile est ꝙ nullus homo sit alb⁹ ⁊ possibile est ꝙ nullus asinus sit albus. ⁊ sic de alijs discurrendo. quare ⁊c. ¶ Secundo arguit sic. ista consequentia nõ est formalis omnis numerus est igit omnis numerus ternarius est: ⁊ tamen arguit per regulam. igit ⁊c. consequẽtia pz cum maiori sumendo numerum ꝓprie q: non videtur aliqua implicatio cõtradictionis ꝙ omnis numerus sit ⁊ ꝙ non sit aliquis ternarius sicut nec est implicatio cõtradictionis ꝙ omnis numerus sit ⁊ ꝙ non sit numerus milenarius: ⁊ ꝙ arguatur per regulam pz q: li ternarius est terminus inferior per se ad li numerus. ꝓbatur q: li binarius est terminus inferior per se igit ⁊ li ternarius pz consequentia q: non videt maior ratio de numero binario q̃z de ternario. ¶ Tertio arguit sic. Ista consequentia nõ valet omne corpus est igit omnis linea est: ⁊ tamen hic argũ per regulam. igit ⁊c. consequentia pz cum minori ⁊ maiorẽ probo. q: antecedens est necessariuz ⁊ consequẽs impossibile vt pz. q: si aliqua linea esset ipsa esset substãtia vel accidens non sub̃a quia nulla est substantia indiuisibilis ꝓ latitudinem ⁊ profunditatem ⁊ diuisibilis ꝓ longitudinem: nec etiam accidens qõ tunc fundereꝫ in aliquo subiecto qõ est substantia ⁊ sic aliqua esset substãtia longa nõ lata nec profunda quod est impossibile.

¶ Ad hec respondet ad ꝑmum concedo istam cõsequentiam omnis color est igit omnis albedo est. ⁊ dico ꝙ consequens est ita necessarium sicut ⁊ antecedẽs. Et cum dicitur impossibile est nullum album esse nego: ⁊ nõ vz ista consequẽtia: possibile est nulluz albuz esse hominẽ ⁊ possibile est nullum asinum esse album ⁊ sic vltra igitur possibile est nihil esse albuz: sicut nõ sequitur possibile ẽ hoc nõ esse ⁊ possibile ẽ hoc nõ esse ⁊ sic vltra demꝗando omnes homines igitur possibile ẽ nihil qõ ẽ homo esse. ¶ Aliter posset responderi concedẽdo illã. possibile ẽ nihil esse albũ ⁊ non sequitur igitur possibile ẽ nullam albedinẽ esse. quia dato ꝙ nihil esset album adhuc esset albedo. vz. admixta nigredini: similiter si nihil esset album nec aliquid esset nigrum adhuc essent albedo ⁊ nigredo admixte coloribus medijs. vnde nõ sequitur in hoc subto ẽ albedo per totuz

igitur hoc est album: sicut nõ sequit in aqua tepida est caliditas per totum igit illa aqua est calida: imo aliquid est frigidum qõ habet caliditatem per totum sicut contingit de quolibet mixto frigido. ¶ Ad secundũ argumentum concedo ꝙ illa consequentia est formalis: omnis numerus est igit omnis numerus ternarius est ⁊ cum dicit sequeret ꝙ omnis terminus significans numerũ esset per se inferior: ad illum terminũ numerus nõ vz argumentum. q: dico ꝙ illi termini significantes numerũ sunt per se inferiores ad li numerus qui non habent pro significato multitudinem excedentem numerum specierũ in nã. vnde necessario quot sunt species tot sunt nũeri. quare ⁊c. ¶ Ubi tamen quis vellet ꝙ nõ semper a superiori per se distributo ad suum inferius per se valeret argumentũ formaliter sic diceret ꝙ illa esset solum bona materiali: ⁊ tunc nõ valeret argumentũ: illa est formalis omnis numerus est igitur omnis binarius est igit ⁊ alia. nõ vz argumentũ quia ꝙ illa est formalis est gratia mãe. ¶ Aliter posset dici ꝙ illa consequentia nõ vz ois numer⁹ est igit omnis ternari⁹ est ⁊ illa est formalis omnis numerus est igit omnis binarius est: nec similitudo est inter illas. q: diceret ꝙ li binarius inferius est per se ad li numerus ⁊ non li ternarius. ⁊ ratio q: implicat contradictionem numerũ esse ⁊ nullum binarium esse sed non implicat contradictionẽ numerũ esse ⁊ nullum ternarium esse. quare ⁊c. ¶ Ad tertiũ dicitur concedẽdo illam consequentiã. ⁊ nego ꝙ ista sit falsa: omnis linea est: ⁊ cum arguit. si aliqua linea est vel illa est substantia vel accidens. Ad istud cõuer dicitur q: linea est res longa. ⁊ sic aliquãdo est substãtia aliquãdo est accñs. ⁊ negat ꝙ linea sit indiuisibilis aliquo modo sed illud qõ est linea est superficies corpus atꝫ punctus ⁊ sic inter ista non est distinctio realis sed solũ formalis seu rõnis. ¶ Aliter dicit magis scolatice cõcedẽdo ꝙ idiuisibilia sunt a parte rei ꝑter operationem intellectus realiter ⁊ formaliter distincta. ⁊ sic concedit ꝙ punctus est ens idiuisibile sine aliqua dimensione sine latitudine ⁊ ꝓfunditate: superficies sine ꝓfunditate solum: corpus vero cuiuscũqꝫ dimensionis contentiuũ: ⁊ tunc dr ꝙ huiusmodi sunt accidentia fundata in subiecto sicut ⁊ alia sunt: ⁊ tunc cum dicit: linea est in subiecto igit aliqua substãtia est diuisibilis ꝓm longitudinẽ ⁊ indiuisibilis ꝓm latitudinem ⁊ ꝓfunditatẽ. nego consequentiam. q: ly sit in subiecto nõ tamen est in subiecto adequato: sed de per accñs rõne totius corporis. Ita ꝙ corpus ꝑdicamẽti quãtitatis ẽ in subiecto per se ⁊ adequate: superficies vero linea ⁊ punctus sunt in eodem de per accidens: dicat ergo ꝙ corpus de gñe quãtitatis est ipsa ꝓfunditas ⁊ vltimus terminus corporis qui est superficies habet longitudinem ⁊ latitudinẽ carens ꝓfunditate: ⁊ linea que est vltimus terminus supficiei habet longitudinẽ sine latitudine: ⁊ punctus qui est vltimus terminus linee est omnino idiuisibilis. Sed non est credendum ꝙ superficies que est terminus corporis sit pars corporis bene est terminus corporis. Nam supficies est idiuisibilis ꝓm profunditatem ⁊ indiuisibile ex ea parte qua est idiuisibile additum diuisibili non facit maius: ⁊ ideo corpus qõ est ꝓfundum nõ potest componi ex supficiebus: similiter linea non est pars superficiei sed terminus eius ⁊ pũctus nõ est pars linee sed terminus eius: quare ⁊c.

Quarta regula ꝑncipalis est ista a supiori distributo ad suum inferius per accñs affirmatiue ⁊ sine impedimẽto cuz debito medio est argumẽtum formale sed non de forma. verbi gꝛa. omnis hõ currit ⁊ sor. est igit sor. currit. ꝙ aũt sit formale argumentum pz. q: contradictorium consequentis repugnat antecedenti ⁊ ꝙ non sit de forma pz. q: non sequitur omnis homo currit plato est igitur sor. currit.

¶ Contra istam regulam arguit sic. Ista consequentia nõ vz. omnis homo est animal antexps currit igit antexps ẽ animal. ⁊ tamen hic arguit per regulaz. igit ⁊c. consequẽtia tz cum maiori ⁊ minorem ꝓbo. vz. ꝙ ibi arguat cum debito medio. q: sic arguendo arguit cum debito medio vz. omnis homo erit animal ⁊ sor. est igitur sor. erit animal igit per idem in alia consequentia arguit cum debito medio: consequentia tenet. q: sicut sub verbo ꝑterito vel futuro sumit vnum verbum de ꝓsenti ita econtra contingit accidere. ¶ Secundo arguit sic. illa consequentia non vz. omnis quãtitas continua est permanens vel successiua ⁊ iste locus est igit iste locus est permanẽs vel successiua: ⁊ hic arguit per regulam. igit ⁊c. consequentia tenet cuz minori. q: sub quãtitate ꝓtinua ponit linea superficies corpus tempus ⁊ locus: ⁊ maiorẽz probo: q: antecedens est verum vt pz demonstrando locum te locãtẽ ⁊ consequẽs est falsum. ꝓbat. Non. n. est locus res successiua vt pz. q: omnes partes eius sunt simul: nec etiaz res permanẽs q: si sic cum non sit aliquid aliorũ ꝑdicamẽtorꝫ a ꝑdicamẽto quãtitatis vt ꝓsupponitur gꝛa disputationis igit est aliquid ꝑdicamenti quantitatis consequẽs est falsum. q: nec numerus nec oratio nec linea nec supficies nec corpus: cũ sit species distincta ab omnibus hijs. ¶ Tertio arguit sic illa consequentia nõ vz omnis quãtitas cõtinua habet partes copulatas ad vnum terminũ cõmunem ⁊ hoc temp⁹ est igitur hoc tempus habet partes copulatas ad terminum cõem. ⁊ hic arguit per regulam. igit ⁊c. consequentia tenet cum minori ⁊ maiorem ꝓbo. q: antecedens ẽ verum ⁊ consequens falsum: ꝙ antecedens sit verum pz ꝓ minori demonstrando tempus ꝓsens: ⁊ maior similiter ẽ philosophi in capitulo de quãtitate ponentis ꝙ quantitas continua est illa cuius partes copulãtur ad vnuz terminũ cõmunem ita ꝙ partes linee terminant ad punctũ: ⁊ partes supficiei ad lineam: partes corporis ad superficiez partes temporis ad instans: partes motus ad mutationẽ vel motuz esse. Sed ꝙ consequens sit falsum probatur: q: si hoc tempus est ⁊ est quantitas cõtinua igit partes terminantur ad vnum terminuz cõem: consequens est falsum: q: partes eius non sunt cum vna sit ꝑterita ⁊ alia futura: similiter si hoc tempus esset cõponeret ex partibus quarũ vna esset ꝑterita ⁊ alia futura. ⁊ sic componeret ex nõ entibus quod non videtur verum.

¶ Ad ꝓmum dicit negando illam consequentiaz: omnis homo est animal antexps erit igitur antexps est anial ⁊ cõcedo aliam factam. ⁊ dico ꝙ in scda sumit debitum medium ⁊ non in ꝓma: ⁊ ratio q: in secũda distribuit li homo pro quolibet homine presenti ⁊ quolibet homie futuro in prima autem pro hijs solum que sunt: ideo sub verbo de ꝑterito vel futuro contingit sumere debitum medium de presenti: q: terminus supponẽs respectu illius verbi supponit pro hijs que sunt erunt vel fuerunt: sed termin⁹ supponens respectu verbi de presenti non ampliati supponit solum pro presenti ꝓpterea non contingit sumere debituz medium de ꝑterito vel futuro ⁊c. ¶ Ad scdm argumentum dicit ꝙ ꝓm veritatem locus ⁊ supficies nõ sunt quãtitates distincte speciei. q: omnis quãtitas habẽs duas dimensiones tantum: est superficies sed omnis locus habet duas dimensiones nñ q: si locus haberet tres dimensiones tunc dimensiones loci penetrarent dimensiones corporis locati qõ est inconueniens: locus igit est superficies: ⁊ sic non est species distincta a loco quod erat fundamẽtũ argumenti. Et vlterius dico ꝙ philosophus nõ posuit locum esse speciem distinctaz ab alijs ꝓm intentionem suam sed ꝓm intentiones aliquorꝫ ponentium locum esse spaciũ separatum sicut pz quarto physicorum vbi phꝰs ponit locum esse superficiem locato contiguaz. vbi autez ponatur locum esse spacium separatum dicat qõ non est linea nec superficies nec corpus sed quantitas distincta ab omnib⁹ hijs. quare ⁊c. ¶ Ad tertium cum dicit hoc tempus nõ est: nego ⁊ concedo ꝙ partes eius copulant ad vnum terminum cõem. ſ. ad instans ꝓsens: ⁊ cum dicit ille partes non sunt concedo: igit non copulant ad aliquem terminũ cõem. nõ valz argumentum: q: ille terminus copulat est terminus distrahens. ¶ Similiter dicat ad aliud ꝙ nulla quãtitas cõponit ex non entibus que est permanẽs: tamẽ quãtitas successiua cuiusmodi est tꝑs vel motus bene cõ-

pont ex non entibus: qz de rōne successiui est q̃ vna pars sit preterita ⁊ alia futura. verbi gratia. Iste annus est existens. quia vna eius pars est preterita ⁊ alia futura. similr iste mēsis existit. quia vna pars est preterita ⁊ alia futura: ⁊ sic ista septimana dies vel hora. ꝓpterea bene describit philosophus tempus presens dicendo q̃ tempus p̄sens est cuius pars preterita pars q̃ futura est. ⁊ sic patet q̃ illud q̃ non est continuat cum non ente quia nihil aliud est aliqua continuari q̃ habere idem indiuisibile vltimum. Nunc autez patet q̃ instans presens est finis preteriti ⁊ initium futuri. ¶ Item negatur q̃ nulla sit pars temporis nisi preterita vel futura. quia iste annus est. qui est pars tēporis eterni ⁊ iste mensis est. qui est pars anni. ⁊ ista septimana est que est pars mensis. ⁊ ista dies que est pars septimane. ⁊ hec hora est q̃ est pars huius diei. ⁊ sic de alijs infinitis. ¶ Unde quodlibz tempus finituz cui⁹ vna pars est preterita ⁊ alia futura est tempus presens. Et sic patet q̃ quodlibet tempus presens habet infinitas partes quarum quelibz est tempus presens. quare ⁊c. ¶ Aliter posset responderi ad argumentū concedēdo q̃ temporis presentis pars p̄terita est. ⁊ similiter futura imo infinite p̄terite sunt ⁊ infinite future sunt: quia quelibz p̄terita terminata ad instans presens est. ⁊ similiter quelibet futura terminata ad idem instans. Cum igit infinite sint tales p̄terite ⁊ future terminate ad hoc instans igitur infinite tales sunt. Et ita consequēter conceditur q̃ infinite preterite non sunt ⁊ infinite future similiter. Iaz nulla pars preterita est terminata ad p̄muz instans hore preterite seu ad aliquod intrinsecuz citra presens: ⁊ ita nulla pars futura est terminata ad vltimum hore future seu incipiens ab aliqua vltima presens: cum igitur infinite fuerunt tales ⁊ infinite erunt tales sequitur intentum. verumtamē voco illam partez temporis esse cuius est aliquod instans cum igitur p̄teriti ⁊ futuri idem sit instans presens p̄nciplū vnius ⁊ finis alterius igitur quelibet talis est. Et si ex hoc ꝓcluderet q̃ pars preterita est simul cuz futura conceditur: nec ex hoc sequitur q̃ tempus non differat a re permanente. qz rei permanētis partes manent simul sed nō temporis aut alterius rei successiue. vnde nō sequit. a. ⁊. b. sunt simul igitur manēt simul qz manere est per temp⁹ manere cuz igit nulle partes temporis per tempus existant. sed solum per instās sequit q̃ innicē existentiā habent sed impermanentiā.

Vltima regula est ista a superiori ad suum inferius distributiue ⁊ negatiue per se vel p̄ accidens sine impediente est absolute consequentia bona formalis ⁊ de forma. vnde bene sequit nullum anial currit igitur nullus homo currit. nō homo currit igit iste homo nō currit. ¶ Contra istam regulaz arguit sic. illa consequentia nō valz. homo nō currit igit iste homo nō currit. ⁊ hic arguit per regulam. igit ⁊c. consequētia tz cuz maiori. qz stat q̃ omnis homo currit ⁊ q̃ nullus hō sit. ꝓbo minorez nā ille termin⁹ iste homo est inferior ad illum terminum hō igit a pari ⁊ ille terminus ista homo. pz consequentia qz non est maior rō de vno q̃z de alio. ¶ Secūdo arguit sic. ista ꝓnia non valet. nulla quātitas est qualitas igitur nulla oratio est qualitas. ⁊ hic arguit per regulam. igitur ⁊c. consequētia pz cum minori ⁊ maiorez ꝓbo: p̄supponendo q̃ quātitas distinguit a re quāta. Ita q̃ illa ꝓpō vlis negatiua sit necia ⁊ imediata in qua vnuz p̄dicamētū negat ab reliquo sicut vt vele Arist. in p̄mo posteriorum. isto p̄supposito anis est vez ⁊ ꝓnis falsuz. qz aliqua oro est qualitas ꝓbat aliqua oro est vox ⁊ omnis vox est sonus ⁊ son⁹ ponit in tertia specie qualitatis igit aliqua oro est q̃litas. ꝓnia tz ⁊ antecedens similr quo ad p̄maz ⁊ scōaz ptē in p̄mo perihyermenias ⁊ quo ad tertiaz in scōo de ania. ¶ Tertio argr̄ sic. ista ꝓnia nō vz. nullus mot⁹ rectus est motus circularis igit iste motus rectus non est motus circularis: ⁊ hic arguit per regulā. igit ⁊c. ꝓnia pz cū minori ⁊ maiorez ꝓbo. ¶ Iaz anis est verū vel necessariū vt pz distinguendo motū a re mobili ⁊ ab eo qō acquiritur per motuz: sed q̃ ꝓnis sit falsum. pz in casu posito. q̃ aliqō corpus sp̄ericum descendat per lineā rectam. nā motus quo illud corpus moueat est rectus vt pz. ⁊ q̃ ille motus sit circularis ꝓbat. nā illud corpus est circulare igit qōlibz accidens in eo totalr ⁊ fm quālibz ptem fundatum est circulare sed ille motus est accns extensuz per totū illud corp⁹ sp̄ericum igit ille motus est circularis. ¶ Ad hec respōdetur ad p̄mū negādo istam ꝓnam: nullus hō currit igit ista hō non currit. nec arguit per regulā. vñ iste terminus hō aliqñ est superior ad quālz illaz iste hō ⁊ ista hō qñ non limitate supponit sicut hic. hō est anial ⁊ aliqñ est supior ad illuz terminū ista hō p̄cise ⁊ ad alios terminos singulares significantes soluz mulieres sicut qñ stat solū p mulierem: vt aliqua hō est anial. aliqñ aūt est superior ad illum terminū iste hō ⁊ ad alios terminos singulares masculos solū significātes sicut in ista aliquis hō est aial ⁊ in illa nullus hō currit. Et sic pz q̃ ibi nō arguit a superiori ad suū inferius. verumtamē ille terminus hō limitatus nō ꝓprie dr̄ superior ad aliquē terminū sicut nec sor. sed ille terminus hō sine limitatione dr̄ ꝓprie superior ad illos terminos singulares nominatos. quare ⁊c. ¶ Ad scōz dr̄ ꝓcedēdo ꝓnaz ⁊ ꝓnis. vñ sicut numerus qui est quātitas discreta nō est res numerata: sed hz esse subiectiue in rebus nūeratis ⁊ est mēsura intrinseca rez̄ numeratarz̄ per quā de rebus nūeratis cognoscit quot sunt: ita oro que est quātitas discreta nō est oratio prolata sed est in oronе plata habens esse subiectiue in ea tanq̃z mensura intrinseca illius per quā cognoscit vtrum sit breuis vel longa ⁊ vtrum componat ex partibus breuibus vel longis. Et tunc ad argumentū cū dr̄ q̃ oro est vox. dicit q̃ duplr sumit oratio. Iaz vna est oratio que est ꝓnunciatio. Alia aūt que est mensura talis pronunciationis. p̄mo modo dico q̃ oro est vox ⁊ sonus ⁊ q̃litas tertie speciei ⁊ sic nō est quātitas nec in p̄dicamēto illius. sed secundo modo nō est vox nec sonus sed quātitas dicat. ⁊ ita respondeat ad vnuz dictuz ꝓbi in p̄dicamento quātitatis vbi dicit q̃ partes orationis sunt simul qz non copulant ad aliquem terminū cōem: intelligendo aūt orationem p̄mo modo concedat dictū ꝓbi: sed scōo mō negat: qz ꝓbs non intendit q̃ sillabe sunt partes orationis que est quātitas sed partes orationis que est qualitas. ¶ Si ergo querit de partibus orationis que est quātitas vtrum sunt vnitates sillabarum dico q̃ nō: qz tunc oratio que est quātitas esset numerus qō est cōtra hāc opinionē: sed partes orationis que est quātitas sunt mēsure intrinsece sillabaruz extense solum modo ad extensionē sillabarum fm durationem: sicut tempus fm durationem extendit ad extensionem p̄mi mobilis. nec ex hoc sequit quin oratio que est quātitas differat a tempore. quia tēpus est mensura continua oratio vera mensura discreta. similr tempus mensurat motum: sed oratio que est quātitas non mensurat motum: sed solum orationez plata. quare ⁊c. ¶ Aliter dicitur ad argumentum q̃ oratio pōt duplr considerari. p̄mo in scripto ⁊ sic inquantuz est in ipsa compositio māe ⁊ forme est in p̄dicamento subē: inquantuz est distincta quantitate est in p̄dicamēto quātitatis. inquātū vero ex tali distinctione resultat talis figuratio est in quarta specie qualitatis sed inquantuz mouet visum est in tertia specie qualitatis. ¶ Secūdo pōt considerari in voce vel in prolatiōe ⁊ hoc tripliciter vel prout mouet auditum. ⁊ sic est in tertia specie qualitatis sicut ⁊ alia obiecta sensuum vel prout cōparatur ad tempus mensurans hmōi prolationem: ⁊ sic est quantitas ꝓtinua: vel prout vna pars succedit alteri discreta ⁊ separata. ⁊ sic est quātitas discreta. Ecce ergo qūo diuersitas modorz̄ sumendi ipam oronē causat diuersitatez specificā de ipsa. q̃re ⁊c. ¶ Ad 3^m arg^m dr̄ ꝓcedēdo ꝓnaz ꝓpositā. ⁊ dico q̃ anis est falsuz. dato q̃ mot⁹ nō distinguatur a re mobili vel ab illo qō per motū acquirit. qz non est inconueniens q̃ idem moueatur recte ⁊ circulariter: sicut dato q̃ trochus moueretur per lineam rectaz ⁊ continue dum moueret per illam etiā moueret circulariter sicut cōmuniter contingit in tractu per cordam. ponendo igitur distinctionez sicut in argumento ponebatur dico q̃ nullus

motus rectus est motus circularis: ⁊ cuz dicitur corpus sphericuz moueatur motu recto conceditur. ⁊ nego ꝙ moueatur motu circulari: ⁊ cum dicitur motus est accidens in illo corpore cõcedo. igitur est circularis. ¶ Hic potest dupliciter responderi ꝑmo ꝙ illa consequentia non valet. Iste motus subiectatur in corpore circulari igitur iste motus est circularis: sed bene sequitur igiť iste motus est ens circulare. si enim iste motus esset motus circularis iste motus est motus circularis quod est impossibile. ¶ Aliter dicitur ꝙ iste motus nec est circularis nec ens circulare ⁊ cũ dicitur subiectatur in toto corpore sperico ꝓcediť igitur est quid circulare: non valet argumentum. quia motus est accidens successiuũ ⁊ non figuratur ad figurationez subiecti in quo fundatur: sicut etiam tempus non figuratur sperice circulariter vel orbiculariter ad figurationẽ ꝑmi mobilis cui inheret.

Sed hic iterum occurrit dubium vtrum in casu trochi motus rectus sit motus circularis. Ex quo idem simul ⁊ semel mouetur recte ⁊ circulariter. dicitur ꝙ alius est motus rectus ⁊ alius circularis. Ita ꝙ sunt duo motus coextensi in eodem mobili: sicut ẽt alius est motus quo planeta mouet in centro ⁊ alius quo mouetur in epiciclo quorum quilibz fundatur in planeta sic dupliciter moto. ¶ Iterum occurrit dubium ponatur ꝙ trochus circulariter moueatur in naui mota per lineaz rectam. ⁊ sequitur ꝙ idem sit motus rectus ⁊ circularis. quia in eo non subicitur nisi vnus motus. videlicz circularis. ⁊ tamen mouetur recte igitur ⁊c. ¶ Dico ꝙ trochus recte ⁊ circulariter mouetur ⁊ duobus motibus mouetur vno de per se ⁊ proprio videlicet circulari. ⁊ alio communi motu mouetur qui non fundatur in ipso sed in naui ⁊ sic de per accidens mouetur. vnde non sequitur hoc mouetur motu tali vel tali igitur mouetur tali motu subiectato in ipso. quia anima mouetur ad motum corporis qui motus non sibi inheret sed precise corpori: ideo dicitur de per accidens moueri. ¶ Ex hijs sequitur. ꝙ si sor. per trã siret spacium augeretur ⁊ albefieret non idem esset motus localis augmentationis ⁊ alterationis sed essent tres motus in eodem mobili subiectati. ¶ Similiter si aliquid moueretur in naui motu proprio gradu: vt tria ex opposito nauis ⁊ ipsa nauis moueretur gradu vt quatuor: concedendum esset ꝙ illud moueretur gradu vt tria ⁊ moueretur gradu vt quatuor. qui adinuicem non cõmunicaret: ⁊ tamen non moueretur gradu vt septem: ĩmo nullo gradu intensiori gradu vt quatuor. quare ⁊c.

Amplius ad principale arguitur sic. Ista consequentia non valet. a. non est quantum igitur. a. non est continuum. ⁊ hic arguitur per regulam. igitur ⁊c. consequentia patet cum minori ⁊ maiorem probo ⁊ assigno aliquod corpus pedale longum ⁊ vnum piramidale cuius conus terminetur ad medium punctũ: deinde assigno vnam lineam in alia medietate terminataz ad eundem punctum ad quem terminatur conus illius piramidalis quod piramidale ⁊ linea vocentur. a. isto posito antecedens est verum ⁊ consequens falsum. igitur cõsequentia non valet. ꝙ consequens sit falsum patet. nam partes. a. terminantur ad vnum terminum communez. s. punctum igitur. a. est continuum. ¶ Et ꝙ antecedens sit verum probatur. quia si. a. est quantuz vel igitur est quãtum continuum vel discretum proprie sumptum non discretum: quia partes terminantur ad vnum terminum cõmunem: nec continuz. quia non linea nec superficies nec corpus: ꝙ nõ linea patet. quia nullius linee superficies est pars: nec superficies per idem quia nullius superficiei linea est pars propter quaz causam nec corpus poterit nominari. ¶ Secundo arguitur sic. Ista consequentia nõ valet. nll's habitus est dispositio igitur nullus habitus est habitus. ⁊ hic arguitur per regulam. igitur ⁊c. consequentia patet ⁊ antecedens probatur. pro vtraqz parte ꝑmo pro ꝑmo ex diffinitionibus habitus ⁊ dispositionis in ꝑdicamẽto capitulo de qualitate vbi dicitur ꝙ habitus est qualitas de difficili mobilis: dispositio vero de facili mobilis modo certum est ꝙ nulla qualitas de difficili mobilis est qualitas de facili mobilis igitur nullus habitus est dispositio. ⁊ sic antecedẽs est veruz ⁊ consequens falsum. vt patz igitur ista consequentia nõ valet. quod est ꝑma pars antecedentis. Et secunda probatur. quia li dispositio est superius ad illum terminum habitus ⁊ cetera sunt paria. igitur arguiť per regulam: ꝑma pars probatur antecedentis. nã vt habetur in ꝑdicis omnis habitus est aliquo mõ dispõ ⁊ non econtra. igitur ⁊c. ⁊ probatur rõne. nam omnis habitus est quo potẽtia potest exire in actuz igitur omnis habitus est quo potẽtia disponitur vel disposita est vt possit exire in actuz: quare omnis habitus est dispositio sue potentie ⁊c. ¶ Tertio arguiť sic. ista consequentia non valet. sedere non est positio igitur sedere non est sedere. ⁊ hic arguitur per regulam. igitur ⁊c. consequentia tenet cum minori ⁊ maior est auctoris sex ꝑncipiorũ dicentis sedere ⁊ iacere non sunt positiones sed denominationes dicuntur ab alijs. ⁊ probatur rõne cum omne sedere sit substantia: qz est res sedens: sed nulla positio est substantia sed accidens vt suppono igitur nulla positio est sedere quare sequitur quod sedere non est positio. ⁊ sic antecedens est verum ⁊ consequens falsum: vt de se patet ⁊c.

¶ Ad hec respondetur ad ꝑmũ concedẽdo istam consequentiam. a. non est quantum igitur. a. non est quantuz cõtinuum: ⁊ negando ꝙ. a. non sit quantum. quia dico ꝙ est quantum discretum: ⁊ cum dicit partes illius terminant ad vnum terminum cõmunem igitur est quantum continuum. hic distinguenduz est de termino terminante quia quidam terminat intrinsece quidam extrinsece. Ille terminat intrinsece qui est in terminato vt pars vel accidẽs eius vltra quã nihil illius contingit accipere sicut punctus respectu linee linea respectu supficiei ⁊ superficies respectu corporis. Ille terminus terminat extrinsece qui nõ est in terminato inter quem ⁊ terminatum nulla est distantia sicut locus respectu locati ⁊ superficies parietis respectu medij in domo. dico ergo ad argumentuz hic factum: ꝙ si intelligatur de termino extrinseco. pz consequentiaz non valere. si vero intelligatur de termino intrinseco sic negať antecedens. vnde partes piramidalis nõ terminãtur intrinsece ad punctum pedalis sed ad punctum proprium qui est in ipso ⁊ idem est de linea ita ꝙ ambo ad punctum pedalis medium extrinsece ⁊ non intrinsece terminãtur. ¶ Ex quibus patz ꝙ tria indiuisibilia puncta sunt immediata nõ in eodem continuo sed in tribus ⁊ hoc nõ est inconueniẽs. ¶ Item sequitur ꝙ piramidale ⁊ linea non se habent sicut contigua nec continua non contigua quia est aliqd medium inter puncta intrinsece terminantia: nec continua vt dictum est: quia non est idem terminus intrinsecus vtriusqz sed bene extrinsecus.

Sed hic occurrit vnuz dubiũ vtrum linea plus distet a piramidali terminata ad punctum pedalis q̃z si terminaretur ad punctuz piramidalis. Hic dicitur ꝙ non plus distat. qz tunc non distaret ratione contignationis: sed bene concedo ꝙ iam distat per distantiam indiuisibilem ⁊ punctalez. Ex quo. n. inter lineaz ⁊ piramidale est medius sequitur statim ꝙ sit distantia: sed qz tale medium est indiuisibile ⁊ distantia est indiuisibilis nec hoc est inconueniens: sicut nec est inconueniẽs ꝙ sint puncta instantia ⁊ huiusmodi indiuisibilia in rerum natura. pz ergo ꝙ aliqua duo distant ⁊ infinite mouere distant qz in distantia infinite parua distant vel dicať ꝙ non plus distat qz indiuisibile additum diuisibili non facit maius igitur nec distantiam maiorem nec minorem. ¶ Iuxta predicta est notandum ꝙ sicut non sequiť. a. est quantũ discretuz igiť a. est ens vel aliquid proprie sumendo transcendens: sicut non sequitur. a. est quantuz continuuz igitur. a. est ens vel aliquid eodem modo sumptũ ꝓbatur ⁊ signo vnã virgaz cuius vna medietas sit viua ⁊ alia arida: quo assignato pz ꝙ in ista virga sunt due forme substantiales totales quarum vna cõmunicat esse ⁊ viuere reliqua vero precise cẽ:

sit ergo numerus ex illo.a. capiendo numerum pro rebus numeratis: tunc patet q̃.a. non est ens nec aliquid: q: nec substantia nec accidens sed scõe substãtie: ⁊ tñ.a. est quantum continuum quia.a. est vnum continuum q: partes.a. terminantur ad vnum terminum communem intrinsecum vz. ad superficiem ad quã terminantur partes mãe p̃me ⁊ corporis de genere quãtitatis. patet ergo quomodo ex illis duabus formis fit vnum continuũ non tamen fit vnũ transcendens similiter illa virga totalis est vnum continuũ non tamen est vna substantia sed due. quare ⁊c̃. ¶ Ad secundum argumentum dico q̃ dispositio tripliciter sumit. ¶ Primo modo vt genus ad habitum ⁊ sic nõ distinguitur ab habitu nisi sicut genus a sua specie ⁊ isto modo conceditur q̃ omnis habitus est dispositio ⁊ nõ ecõtra. ⁊ isto modo non sumit p̃bus dispositionem cum dixit ipsam esse de facili mobilem. ¶ Secundo modo vt est eiusdem speciei cum habitu ⁊ sic differt ab eo f̃m magis perfectum ⁊ minus perfectum, vt albedo intensa ⁊ albedo remissa. ⁊ isto modo dispositio potest fieri habitus sicut puer potest fieri senex. ⁊ sic conceditur q̃ nullus habitus est dispositio nec isto modo iste terminus dispositio est superius ad habitum. ⁊ sic sumitur a p̃bo in p̃dicamentis cum dicit q̃ secũda species q̃litatis est habitus ⁊ dispositio. ¶ Tertio modo prout distinguitur specie ab habitu. ⁊ isto modo ẽt potest esse qualitas p̃me speciei cui conuenit f̃m rationem proprie speciei vt de facili amitatur. quia habz causas trãsmutabiles: sicut sanitas ⁊ egritudo: habitus vero est qualitas secundum suam rationem q̃ non de facili transmutetur. quia habet causas immobiles sicut scientia ⁊ virtutes que habitus dicuntur. ⁊ isto modo habitus non est dispositio nec potest esse. quare ⁊c̃. ¶ Est tamen notandum vt prius aliqualiter tangebatur q̃ habitus potest esse in pluribus p̃dicamẽtis. vnde quedam sunt in quibus nihil cadit medium inter habitus ⁊ rem habitam sicut inter subiectũ ⁊ quantitatem vel qualitatem. ⁊ sic habitus potest esse tam in predicamẽto quantitatis q̃ qualitatis. quedã vero sunt in quibus est aliquid medium quod non est actio nec passio nec habens se per modum actionis vel passionis sic relatio: dicimus enim q̃ aliquis habet socium vel amicum. ⁊ isto modo habitus pertinet ad genus relationis. quedã vero sunt inter que est aliquid medium non q̃ sit actio nec passio sed se habens per modum actionis vel passionis p̃ut vnum sit ornans vel tegens ⁊ aliud ornatum vel tectum ⁊ isto modo constituitur speciale p̃dicamentum habitus de quo dicit philosophus quinto metaphysice q̃ inter habentem indumentum ⁊ ipsum indumentũ cadit habitus medius. ¶ Ad tertium respondetur q̃ positio quinq̃ modis sumitur primo pro altero membro obligationis diuise impositionem ⁊ depositionem. ¶ Secundo dicitur positio singularis sentẽtia alicuius famosi in scientia. ⁊ sic sumit philosophus in p̃mo topicorum vbi dicit q̃ positio eraclíti fuit contradictoria simul verificari. ¶ Tertio modo dicitur positio fundamentum alicuius conclusionis in solutione positum ⁊ isto modo dicuntur responsales facere suam positionem. ¶ Quarto idem q̃ ordinatio partium in toto: vt positio in p̃dicamẽtis capitulo de quãtitate. vbi dicitur q̃ quedam quantitates constant ex partibus habentibus positionem. dico ergo positio nullo illorum modorum facit predicamentum distinctum: ideo si positio aliquo istorum modorum in argumento sumatur patet q̃ nõ arguitur per regulam ⁊ non mirum si consequentia non valet. ¶ Quinto positio idem est q̃ ordinatio partium in loco. ⁊ sic est speciale p̃dicamentũ ⁊ diffinitur ab auctore sex p̃ncipiorum sic. positio est quidam partium situs ⁊ generationis ordinatio. vnde situs p̃mo ⁊ p̃ncipaliter nominat ordinationem partium in toto ⁊ hoc per relationem ad locum dicitur ⁊ generationis ordinatio. i. ordo causatus a generatione. idest ab agente actiõe: sumitur enim large generatio. ¶ Ex quo patet quomodo positio que est predicamẽtum differt a positõe que est in predicamẽto quãtitatis que non dicit nisi ordinem partium in toto. dico ergo ad argumentum q̃ si sumitur positio isto modo ⁊ pro accidente in re habente positionem. dico q̃ ista consequentia non valz. sedere non est positio igitur sedere non est sedere. sicut nõ sequitur pater non est relatio igitur pater nõ est pater. nec arguitur per regulam. q: sicut li pater non est inferius ad li relatio sed potius ad illum terminum relationem nec aliquod concretum ad abstractum. Ita li sedere non est inferius ad li positio quod est abstractum sed potius ad li poni vel situari licet ergo stare ⁊ sedere nõ sunt positiones tñ sessio ⁊ statio sunt positiones. quare ⁊c̃.

¶ Incipit tractatus de veritate ⁊ falsitate ꝓpõnis.

D probãdum sophismata ⁊ alias q̃scũq̃ enunciatões diuersi diuersimode vijs varijs antecedenter ꝓcedũt terminũ querentes eundem. ¶ Prima igitur via veritatem ꝓpositionis concludit ex quibusdam conclusionibus quarum p̃ma est ista: Ad veritatem ꝓpositionis affirmatiue requiritur subiectum ⁊ predicatum supponere pro eodem. probatur nam in ꝓpositione affirmatiua copula verbalis manet affirmata igitur significat subiectũ ⁊ predicatum supponere pro eodem. ¶ Secunda cõclusio ad veritatem ꝓpositionis negatiue sufficit ⁊ requiritur q̃ subiectum ⁊ p̃dicatũ non supponant pro eodẽ. ¶ Tertia conclusio. non ad veritatem cuiuslibet ꝓpositionis sufficit ⁊ requirit q̃ sic sit sicut per illam significatur ꝓbatur. nam illa homo est animal significat non sicut est: igitur nec aliqua alia. consequentia tenet ⁊ antecedens ꝓbatur. q: si significat sicut est igitur significat qualitercunq̃ est ꝓsequẽtiam arguit per hoc q̃ li sicut confundit confuse distributiue: falsitas consequentis p̃z. quia non significat taliter qualiter est deum esse nec taliter qualiter est hominẽ currere. ⁊ sic de alijs. ¶ Quarta conclusio. ad veritatem propositionis requiritur q̃ ipsa significat taliter qualiter est ⁊ non significet aliqualiter aliter q̃ est. probatur nam si aliqua ꝓpositio significat taliter qualiter est ⁊ cum hoc significat aliter q̃ est ipsa est falsa: quia non ita est qualitercunq̃ per ipsam significatur quod requiritur ad hoc q̃ aliqua propositio sit vera. ¶ Ex predictis hec via elicit quedam correlaria. ¶ Primum: omnis propositio affirmatiua significat se esse veram probatur. quia omnis ꝓpositio affirmatiua ratione copule verbalis significat illud pro quo supponit subiectum esse illud pro quo supponit predicatum. ¶ Secundum correlarium in omni ꝓpositione negatiua quando subiectum ⁊ predicatum non supponunt pro eodẽ pro positio est vera ⁊ quando supponunt pro eodem ꝓpositio est falsa. ¶ Tertium correlarium vniuersaliter quelibz affirmatiua de presenti cuius subiectum pro nullo supponit est falsa. patet q: ad veritatẽ affirmatiue requiritur q̃ subiectum ⁊ predicatum supponant pro eodem: hec sunt dicta huius prime opinionis.

Contra hanc viã q̃ discordãtiã iudicio meo ducit ad terminũ p̃ncipaliter intentum: pono aliquas conclusiões. ¶ Prima est ista aliqua est propositio affirmatiua cuius non subiectum ⁊ predicatum supponunt pro eodem: huius conclusionis veritas elicitur ex qualibet propositione nõ habente extrema: sicut patet de consequente huius cõditionalis. Si sor. currit monetur ⁊ de secunda parte huius copulatiue aĩal est homo ⁊ econuerso. ¶ Sed forte dicitur q̃ illud dictum debet intelligi de propositione habente extrema. ¶ Ad hoc iste intellectus est falsus nam ista ꝓpositio est vera ⁊ affirmatiua populus est populus: ⁊ tamen subiectũ ⁊ predicatum non supponunt pro eodẽ. ⁊ hec similiter sor. ⁊ plato sunt homines ⁊ tamen extrema non supponunt pro eodẽ eo q̃ non supponũt pro aliquo sed bene pro aliqb̃. ¶ Ex hijs sequitur correlarie contra primam conclusionem huius vie q̃ aliqua est negatiua falsa. ⁊ tamen subiectum ⁊ predicatum non supponũt pro eodem. patet de contradictorijs propõnum propositarum. Item non sequit̃ in pro-

positiōe affirmatiua copula p̄ncipalis manet affirmata igi/
tur significat subiectum ⁊ p̄dicatum supponere pro eodē.
¶ Secunda conclusio licet aliqua ꝓpositio vera significet
sicut est: nō tamen significat qualiter cūq̄ est: vt p3. ⁊ tamē
significat sicut est. probatur. Nam ita est sicut per ipsam si
gnificatur igit̄ ipsa significat sicut est. consequentia patet. q:
non videt̄ magis distribuere li sicut q̄ li ita. antecedēs ve
ro concedit predicta opinio sepissime ⁊ in pluribus locis:
vt p3 suam logyca3 intuenti: nec est verum q̄ semper li si
cut distribuat sicut fuit ostensum in p̄ma parte capitulo de
gradu positiuo. ¶ Tertia cōclusio. aliqua est ꝓpositio ve/
ra ⁊ necessaria que tamen significat aliter q̄ est pat3 de illa
homo est animal que significat hominem esse asinu3 sicut
in p̄ncipio p̄me partis est clare deductum. ¶ Item hec ē
vera deus est vel homo est asinus: que etiam significat ali
ter q̄ est: eo q̄ significat hominem esse asinum: probatur.
Nam ipsa significat deum esse igit̄ ⁊ hominem esse asinū
p3 consequentia. quia non plus cōcurrit illa deus est ad cō
stitutionem illius disiuncti q̄ illa homo est asinus. ¶ Con
firmatur. nam si illa homo est asin⁹ esset necessaria dato q̄
cetera essent sicut nunc illa disiunctiua significaret hominē
esse asinum: sed idem esset ad hoc significatu3 p̄mariū tūc
q̄ est nunc. igitur ⁊ nunc idem3 significat. ¶ Et si diceretur
q̄ nec significat deum esse nec hominem esse asinum: hoc
nō videtur possibile ex quo significat deum esse vel homi
nem esse asinum. ¶ Item ista disiunctiua reddit̄ vera ra/
tione partis vere quomodo igit̄ non significabit significa/
tum partis vere. ¶ Itē intellectus non potest ferri super
illam disiunctiuam nisi p̄us feratur in p̄mam partem igi/
tur non potest significare suum adequatum significatū nisi
p̄us significet significatum p̄me partis ⁊c̄. ¶ Quarta con
clusio non omnis propositio affirmatiua significat se esse ve
ram. Nam ista est vera homo est animal ⁊ nō significat se
esse veram. igit̄ ⁊c̄. consequentia p3 cum maiori ⁊ minorē
probo. illa propositio nō significat aliqd̄ significatu3 nisi ex
cōpositione suarum partium: sed nulla pars illius proposi
tionis significat illam ꝓpositionem igitur illa tota proposi/
tio non significat seipsam ꝓpōnem esse vera3. ¶ Ex quo
sequitur contra eandem opinione3 q̄ nō omnis ꝓpositio
affirmatiua significat q̄ subiectum ⁊ p̄dicatum pro eode3
aut pro eisdem supponūt: nec omnis ꝓpositio negatiua si
gnificat q̄ nō pro eodem vel pro eisdem supponūt patet
ex conclusione. ¶ Quinta conclusio. aliqua est ꝓpositio ne
gatiua vera ⁊ tamen subiectum ⁊ p̄dicatum supponūt ꝓ
eodem. p3 de ista antexp̄us non est antechristus. ipsa enim
est vera vt p3. ⁊ tamen subiectum ⁊ p̄dicatum supponūt
pro eodem q: pro antechristo. ¶ Ite3 concedit q̄ aliqua
est negatiua falsa ⁊ tamen subiectum ⁊ p̄dicatum nō sup/
ponunt pro eodem p3 de secunda parte huius copulatiue
omnis homo non est animal ⁊ econtra ⁊ de ista populus
nō est populus vt p̄mitus dicebatur. ¶ Sexta conclusio.
admisso q̄ ille terminus chymera pro nullo nec pro aliq/
bus possit supponere aliqua est ꝓpositio de presenti vera
cuius subiectu3 pro nullo nec pro aliquibus supponit pat3
de talibus chymera intelligit̄ chymera est oppinabilis.
¶ Ultima conclusio. contra eande3 positione3 est ista p̄na
tio alicuius termini ex natura rei nō tollit pro eode3 suppo
sitionem eiusdem: volo dicere q̄ licet significatu3 illius ter
mini chymera non sit in rerū natura nec possit esse adhuc
iste terminus chymera in ista ꝓpositiōe chymera est chy
mera vel in ista chymera intelligit̄ pro aliquo supponit: q:
pro chymera. probatur. nam si significatum illius termini
esset a parte rei in tali ꝓpositiōe iste termin⁹ chymera pro
aliquo supponeret: sed tunc iste terminus chymera nō ali
ter se haberet q̄ nunc. igitur ⁊ nunc pro eodem supponit.
¶ Secundo iste terminus chymera in p̄dicta ꝓpositione
suppoinit determinate fm duas regulas huius vie: igitur
pro aliquo aut pro aliquibus determinate supponit. conse
quenia patet. quia nō videtur imaginabile oppositum cō
tradictorium consequentis cu3 antecedente. ¶ Tertio in
ista ꝓpositione antexp̄us est antechristus subiectum sup/
ponit pro aliquo ⁊ pro aliquo supponit igit̄ similiter in illa
chymera est chymera. cōsequentia p3. quia sicut significa
tum vnius nō est ex parte rei nec ita alterius. antecedens
ꝓbatur. ⁊ sumo hanc copulatiuā: antexp̄us est antechrist⁹
⁊ ille non erit: ⁊ quero vtrum li antechristus supponat ꝓ
antechristo vel non: si sic habet̄ intentu3. Si non: sequit̄ q̄
secunda pars illius copulatiue est vera. p3 consequētia. q:
quelibet negatiua cuius subiectum pro nullo supponit est
vera fm istam viam. ⁊ sic est in proposito: q: si antecedēs
pro nullo: nec relatiuum vt dicit eadem opinio. igitur ⁊c̄.
¶ Quarto arguit̄ sic. in ista chymera est futura: subiectu3
pro aliquo supponit igit̄ positio illa falsa. consequentia t3 ⁊
antecedens probat̄. nam in tali ꝓpositione subiectum am
pliatur pro eo qd̄ erit igitur supponit pro eo qd̄ erit. conse
quentia tenet. ab inferiori ad suum superius cum omnib⁹
requisitis. ⁊ antecedens p3 per auctores huius vie ponen
tes realiter q̄ copula existente de p̄siti p̄dicato vero existē
te de futuro subiectum ampliat̄ pro eo quod erit. ¶ Qui
to arguitur sic. in ista propositione chymera erit alba subie
ctum pro aliquo supponit. igit̄ positio falsa. consequētia p3
⁊ antecedens ꝓbatur. Nam illius propositionis p̄dicatu3
appellat suam formam igit̄ subiectum pro aliquo suppo/
nit. antecedens p3 per ipsos realiter ꝓcedentes q̄ in omni
ꝓpositione de futuro predicatum sequens verbu3 appel/
lat suam formam: ⁊ consequentia p3 per eosdem eandem
regulam declarantes. i. inquiunt ipsi in eadem forma erit
aliquando verificabile in ꝓpōne de presenti de pronomie
demonstrante illud pro quo supponit subiectum illius ꝓ/
positionis de futuro. quare ⁊ sicut ergo hec positio habet
concedere q̄ li chymera aliquid significat ita ⁊ q̄ pro ali/
quo supponit: non enim magis est ampliatiuum illud ver
bum significat q̄ illud verbū supponit sicut ostensum fuit
in p̄ma parte circa p̄n^m vbi hec materia diffusius declarat̄
obiectiones ꝗ me factas clare soluendo. quare ⁊c̄.

Secunda via ponit vnicam conclusione3 que
est ista in forma. Si hec ꝓpositio vel ista qua
cunq̄ demonstrata significat precise sicut est
hec ꝓpositio est vera. quā probat sic. Si hec
propositio significat p̄cise sicut est hec ꝓpositio significat sicut est ⁊ hec ꝓpositio non sig ni
ficat sicut non est. p3 consequentia ab exposito ad exponēs
ipsius: ⁊ vltra si hec ꝓpositio significat sicut est ⁊ hec ꝓpo
sitio nō significat sicut nō est hec ꝓpositio est ⁊ hec ꝓposi
tio nō est falsa: ⁊ sequitur vltra igit̄ hec propositio est vera
igit̄ a p̄mo ad vltimum si hec propositio significat p̄cise si/
cut est igitur hec propositio est vera. quare ⁊c̄. ¶ Contra
istam viam pono duas conclusiones. p̄ma nam si. a. pro/
positio significat p̄cise sicut est a. propositio ē vera hec cō/
clusio demōstrata est in p̄ma parte capitulo de exclusiuis
vbi assignatur modus exponendi ꝓpōnem exclusiua3 ter
tij ordinis. ¶ Sed quia forte illa expositio non esset grata
huic vie iam fm propriam expositione3 mea3: consequē/
tiam probabo alteram consequenter destruaz: ⁊ pono q̄
a. sit illa propositio homo est asinus que soli sor. obiciatur
⁊ non apprehendat̄ per ipsam nisi hominē esse animal vel
aliud verum sic q̄ nullum falsum. Isto posito p3 q̄. a. est
propositio ⁊ tamē significat p̄cise sicut est. q: significat sicut
est vt p3 ⁊ nō significat sicut nō est qd̄ probo. Sor. nō ap/
prehendit per ipsa3 sicut nō est ⁊ ipsa nulli alteri significat
igit̄ non significat sicut nō est. consequentia p3. q: significa
re ē repsentare virtuti cognitiue. antecedēs vero ponit ca/
sus. ¶ Scōo arguitur: hec ꝓpositio homo est asinus signi
ficat p̄cise sicut est ⁊ tamen est falsa: vt p3. igit̄ ⁊c̄. cōsequē/
tia p3 cū minori ⁊ maiorem ꝓbo. ex eo q̄ quelibet propō
cuiuslibet sue partis significatum significat. Non enim est
imaginabile q̄ significaret significatum totius ⁊ nō significa
ta partium. Nullus enim sane mentis diceret q̄ iste ho
mo est animal significat hominem esse animal ⁊ non signi/
ficaret hominem: ⁊ animal: est enim primo signum sui se/
cundario vero cuiuscē q̄ sue partis significati. ¶ Ex pre/
dictis rationibus patet q̄ neutra illarum consequentiaru3

debes admittere mihi ignotum nec illud quod nescio esse mihi positū. ¶ Et nota ꝙ si opponens esset nimis importunus dicens hanc responsionem esse fugaz reuertere ad priorem. respondeas sicut tibi responsum est: vel admisso casu dubites quālibet illarum rex sedet ⁊ nullus rex sedet. ¶ Et tunc ad argumentum quod fit. extra tempus obligationis tu concesisti alteram illarum ⁊ quālibet illarum dubitasti. igitur concedisti alteraz istarum quā dubitasti. conceditur consequentia ⁊ consequens: sicut etiaz cōcedentur: ꝙ si promitto tibi denarium ⁊ quēlibet denariū promitto sor. ꝙ promitto tibi denarium quā promitto sorti. Nam ita li quem stat confuse tantum sicut li denariuz. ⁊ tunc non sequitur iuxta doctrinam alias traditam ꝓmitto tibi denarium quem promitto sor. igitur promitto tibi denariuz ⁊ illum promitto sor. concedisti propositionem quā dubitasti igitur concesisti propositionem ⁊ illam dubitasti nec relatiuum stans confuse tantum habet resolui sicut sepissime est supra demonstratum. ¶ Et si arguatur tu concedisti propositionem quā dubitasti igitur male respondebas non valet argumentum. sicut non sequitur ꝓmitto tibi denarium quez tibi non promitto igitur false ꝓmittis: aut idem promittis ⁊ non promittis: que bene sequerentur hic si aliquem denarium promitterem quem non promitterem. ita in proposito non valet consequentia. sed deberet pro antecedente sumi ꝙ aliquam propositionem concesisti quā dubitasti quod negabo sic respondendo ⁊ volendo cum priori responsione ꝙ li concedo ꝓmitto ⁊ huiusmodi habet vim concedendi confuse tantum ⁊ faciendi sophisma sicut li promitto volo significo ⁊ huiusmodi. ¶ Item est aduertendum ꝙ licet alias concesseriz talia gerundia vel participia admittendum: concedendū: negandum: ⁊ dubitanduz ⁊ huiusmodi facere sophisma compositionem aut diuisionem: non tamen concessi talia verba admitto concedo nego ⁊ huiusmodi. concessi enim ꝙ ate neganda vel dubitanda, esset altera istarum rex sedet ⁊ nullus rex sedet: ⁊ ꝙ nulla istarum est ate concedenda: nec aliqua istarum est ate neganda: sed quelibet dubitanda nunquā tamen concessi ⁊ nego aut concedo aliquā propositionem: ⁊ tamen nullam concedo vel nego. quare ⁊c. ¶ Tertio contra regulam arguitur sic. sint tantum tres propositiones cathegorice vere. s. a. b. c. sic ꝙ. a. sit verum illorum tibi dubiorum. rex sedet ⁊ nullus rex sedet ꝙ scias esse tibi dubium. deinde pono copulatiuam factam significātē vt eius partes pretendūt. Si negatur casus: cōtra. tota copulatiua tibi posita est vera per suppositum igitur illa est possibilis igitur illa est admittenda. ¶ Dicitur forte negando antecedens: quia cum ponitur in casu ꝙ. a. sit alterum istorum. sequitur ꝙ iste propositiones sunt: rex sedet ⁊ nullus rex sedet. ⁊ per consequens contradictoria sunt. igitur non omnes propositiones sunt vere ⁊ sic casus implicat. ¶ Contra stat ꝙ vtraqz illarum precise significet deum esse. ⁊ per consequens vtraqz esset vera: nec ille essent contradictoria igitur non si iste propositiones sunt contradictoria sunt. ¶ Item casus non debet negari propter hoc ꝙ. a. est tibi dubium per casuz ⁊ tamen scis. a. esse verum. quia illud non est inconueniens sicut in prima parte fuit ostensuz. ¶ Si ergo admittitur casus proponatur copulatiua ista: si negatur: habeo oppositum regule. si concedatur contra ⁊ propono. a. qua concessa. quia sequitur ex posito. proponitur. b. ⁊. c. quibus concessis. quia sequuntur ex copulatiua posita cum sint partes eius: cedat tempus obligationis ⁊ arguo sic. infra tempus illa mutuo cōtradicebant. s. rex sedet ⁊ nullus rex sedet ⁊ vtranqz illarum concesisti ergo male. consequentia tenet ⁊ maior est rei veritas. ⁊ minorem probo. quia concedisti. a. b. c. sed quelibet istarum fuit. b. vel. a. vel. c. ergo concedisti quālibet istarum. ¶ Respondetur admittendo totum casum suppositum: sed nego positum nec admitto positiouez ponentem illam copulatiuam extra. a. b. c. quia talis copulatiua includit cōtradictoria. videlicet rex sedet ⁊ nullus rex sedet: quas licet admitterem esse veras: sicut argumentū est esse possibile negarem tamen casum. qui est copulatiua facta ex illis: ⁊ licet admitterem hanc esse veram. s. homo est asinus. quandocunqz ponitur mihi ꝙ homo est asinus nego casum. ¶ Sed forte hic aliqualiter instatur pono ꝙ ista sit vera homo est asinus: qua posita ⁊ admissa ꝓpono illa est possibilis concedendum quia sequens: deinde propono ista homo est asinus est admittenda: si conceditur tanquam sequens iuxta significationem p̄me regule pono tibi istaz homo est asinus ⁊ sequitur ꝙ tu habes admittere eam. ¶ Dicitur admittendo positum ⁊ vltimo concedo ꝙ ista est a me admittenda: non tanquā vera sed tanquā sequens: nunquā tamen admittam eam mihi positam: nec hoc est inconueniens. quia sicut in primo appare bit subiectuz infra tempus obligationis concedam aliquaz propositionem a me esse concedēdā aut istam homo est asinus vel aliquaz aliam impossibilem ⁊ tamen quotienscunqz mihi proposita fuerit ipsam negabo. ¶ Quarto cōtra regulam arguitur sic. sint. a. b. c. omnes cathegorice vere. ita ꝙ. a. sit illa rex sedet vel ista nullus rex sedet. ita ꝙ scias. a. esse hanc vel hanc. sic ꝙ hanc vel hanc scias esse. a. ⁊ tibi positam obligatam. ¶ Iste casus non implicat istas duas propositiones esse rex sedet ⁊ nullus rex sedet: sicut nec iste si ponatur ꝙ. a. sit hoc sedens vel hoc non sedens: demonstrando regem: quo admisso cum copulatiua facta ex. a. b. c. sit vera pono tibi illam cuz toto casu precedente: qua admissa: proponatur eadem. si negatur habeo contra regulam si conceditur propono. a. ⁊ debet cōcedi: qua concessa ꝓponitur rex sedet: qua dubitata: quia de facto nec scitur an sit vera nec falsa nec sequens nec repugnans: propono istā: nullus rex sedet: qua dubitata ꝙ dubitatur oppositum eius arguitur sic. omne scitum ate esse tibi positum obligatum est ate concedendum sed hoc vel hoc. est scitum ate esse tibi positum obligatum per casum ergo hoc vel hoc est ate concedendum. per primum hoc demonstrando istam rex sedet ⁊ per secunduz istam nullus rex sedet. ¶ Etiam cedat tempus ⁊ arguitur sic. infra tempus concedenti. a. igitur infra tempus concedenti alterum illorum consequens falsum. quia nullum illorum infra tempus concedenti vt patet inductiue. ¶ Respondetur admittendo p̄mum casum ⁊ non admittendo secundum: nisi magis limitetur mihi que propositio sit. a. que. b. ⁊ que. c. propter causam datam in responsione ad argumentum secundum. ¶ Ueruntamen potest aliter responderi. admittendo casum ⁊ cum proponitur. a. conceditur. quia positum obligatum scitum esse tale. ⁊ cuz ꝓponitur aliqua istarum rex sedet nullus rex sedet. quaeratur que est tibi posita: ꝙ si noluerit opponens determinare non vlterius respondeas: ⁊ si dixerit tu scis. a. esse istam vel istam tibi positam obligatam igitur non expedit ꝙ tu queras. nego argumentum quia cuz toto antecedente nescio que est. a. nec scio que illarum est mihi posita. Et vbi assignetur certa illaruz concedatur illa ⁊ negatur alia tanquam repugnans. ¶ Hec responsio soluit obligationem secundam ⁊ respondeas alias vbi nescitur qō sit positum facta positione ⁊ admissione. ¶ Tertio mō potest responderi admittendo posituz ⁊ concedo. a. ⁊ cum proponitur aliqua illarum rex sedet nec rex sedet indubitetur. Et tūc ad argumentum. omne scitum ate esse tibi positum obligatum est ate concedendum: sed hec vel hec est scituz ate esse tibi positum obligatum igitur hoc vel hoc est ate concedendum. concedatur consequentia ⁊ consequens: nunquam tamen concedam aliquam illarum mihi positam: sicut in exemplo pono tibi istam alterum illorum est concedenduz: ate qua admissa. propono illam rex sedet ⁊ patet ꝙ habet dubitari: deinde istam nullus rex sedet ⁊ eadem est responsio sibi danda. deinde ꝓponо hoc vel hoc est concedendum ate concedendum est tanquaz sequens ex posito. Et si dicitur ex quo hoc vel hoc est concedendū ate quod est illud. dico ꝙ proponas partes diuisim in hoc

ſcdo exmplo. ⁊ patebit negando p̃mam ⁊ concedo secundam tanq̃ ſequentem ex conceſſo ⁊ opposito bene negati: ſed in p̃ori argumento quacũq̃ parte proposita dubitetur talis. hoc eſt concedendus a me. q: ſemper dubitetur an ſibi demonſtretur positum obligatum. ¶ Ad aliud argumentum qd̃ fit extra tempus obligationis: infra tempus concedenti. a. igitur infra tempus concedenti alterus illorum: concedo cõſequentias ⁊ conſequẽs: ⁊ nego q̃ nullum illorum infra tempus conceſſi: imo vnum iſtorus cõceſſi: ſed neſcio q̃ eſt illud. ¶ Et ſi arguitur ſic. alterus iſtorum concediſti ⁊ vtrũq̃ illarum dubitaſti igit̃ idem cõcediſti ⁊ dubitaſti infra tempus obligationis: cõcedo conſequentiam ⁊ conſequens: ⁊ ſi infertur igitur male reſpondiſti: nego conſequentiam. q: non ſcienter conceſſi ⁊ dubitaui idem quod oportet ſm q̃ regule ſonant. quãlibz enis iſtarum dubitaui ſcienter ſed vnam earundez conceſſi inſcienter. ¶ Propterea cum queritur quã iſtarum conceſſiſti neſcio: hec etiam reſpondeo vadit ad ſecundas obligationem ⁊ ad quãcũq̃ cõſimilem multas pono reſpõſiões vt cui vna nõ placet alteram obligat.

Ertia regula fuit iſta. Omne ſequens ex poſito obligato ſcitum eſſe tale eſt in tẽpore obligationis concedendum. ¶ Contra iſtam regulam arguitur ſic. ⁊ pono tibi iſtam que ſit a. nullum tibi positum eſt ate concedendus. ⁊ hoc eſt tibi positũ demõſtrato. a. ſi nõ admittitur caſus: contra positum eſt poſſibile ⁊ non admittitur igitur male. antecedens ꝓbatur. Nam poſſibile eſt q̃ pono tibi iſtam poſſibilem nullum tibi positum eſt ate cõcedendum quo dato ſequitur q̃ aliquid eſt tibi positũ: ſed non aliud q̃ illud demonſtrato. a. vt ſuppono igit̃ hoc eſt tibi positum demonſtrato. a. admiſſo ergo caſu propono tibi. a. ſi negas ⁊ bene reſpondes habeo intentum contra regulam ſi concedis probo q̃. a. non eſt concedendũ. Nã nullum positum eſt ate concedendum: ſed hoc eſt positus demonſtrato. a. igitur. a. non eſt ate concedendus. antecedens eſt concedendum: q: positum igitur ⁊ conſequens: tunc vltra. a. non eſt ate concedendum ⁊. a. eſt ſequens ex poſito cum ſit altera pars eius igitur nõ omne ſequens ex poſito eſt concedendum qd̃ eſt verum contra regulam. ¶ Reſpondet̃ admittendo positum ⁊ cum ꝓponitur. a. concedatur. Et ad argumentum concedo conſequentiã ⁊ conſequens. vz. q̃. a. non eſt concedendus a me. ⁊ tunc vltra cum arguitur. a. non eſt concedẽdũ ate ⁊. a. eſt ſequẽs ex poſito. igitur ⁊c̃. nego minorẽ. quia repugnat. ſequitur enim. a. non eſt concedendus ate igitur. a. non eſt ſequens ex poſito ſemper itelligẽdo de poſito obligato. a. eſt pars copulatiue poſite igitur ſequẽs ex poſito: nego antecedẽs tanquas repugnans ſi intelligitur de copulatiua negatiua. ¶ Dato tamen q̃ ſi poneretur li obligatum cum poſito q̃ caſus non eſſet admittendus q: icludit opposita ſequit̃ hoc eſt tibi positum obligatum igit̃ positum obligatus eſt ate concedendum igit̃ aliquod tibi positum eſt ate concedendum qd̃ eſt contradictorius alterius partis. vz. nullus tibi positum eſt ate concedendum. ¶ Et tunc ad rationes dico q̃ ſi poneres mihi iſtam ⁊ admitterem nõ ſequeret̃ aliquod eſſe positum obligatus ſed potius ſequit̃ oppositum ex illo admiſſo. quare ⁊c̃. ¶ Secũdo arguitur cõtra regulas ſic. ex iſta regula ſequitur q̃ infra tempus duo cõtradictoria ſunt concedenda igitur regula nõ bene poſita. antecedens ꝓbatur. ⁊ pono tibi illam tu es rome ⁊ oppositum cuiuslibet talis eſt ate concedendum: copulatiua illa eſt poſſibilis. nam ſtat q̃ tu ſis rome ⁊ hec tu nõ es rome ſit tibi poſita ⁊ ate admiſſa: ſicut iam de facto tu es homo ⁊ tu non es homo ponitur ⁊ ate admittitur. quo poſito ⁊ admiſſo illud eſt ate concedendum. Admiſſo ergo caſu ꝓponitur oppositum cuiuslibet talis eſt concedendũ. illa eſt altera pars copulatiue igitur concedẽda. Deinde tu es rome hec eſt formalr ſequẽs ex poſito obligato. ſequit̃ enis tu es rome ⁊ oppositum cuiuslibet talis eſt concedendus igitur tu es rome a copulatiua ad alteras partem: ⁊ tamẽ illa tu es rome non eſt ate concedenda igit̃ non omne ſequens ex poſito obligato eſt concedendũ antecedens probatur. quia ſi illa ſit concedenda ⁊ eius cõtradictorium eſt concedendum ergo cõtradictoria ſibi inuicem ſunt concedenda qd̃ fuit deducendum. ¶ Reſpondet̃ admittendo positum ⁊ cum ꝓponitur aliqua iſtarum tu es rome aut tu nõ es rome eſt ate concedendum cõcedo quãlibet iſtarum: ⁊ nego q̃ illa tu es rome ſit a me cõcedenda. ⁊ nego tanq̃ repugnans q̃ tu es rome ſit ſequens. ſequit̃ enis tu es rome nõ eſt ate cõcedendum igitur non eſt ſequens ex poſito obligato. Si tamẽ hoc ponatur cum poſito q̃ ipſa ſit ſequens ex poſito igitur cõcedenda nego cõſequentias: quia oportet addere q̃ ſit ſequens ex poſito admiſſo obligato ⁊ hoc eſt repugnans. Nam ſi iſta tu es rome eſt ſequens ex poſito obligato ipſa eſt concedenda ⁊ oppositus cuiuslibet talis eſt concedendus igit̃ cõtradictoria inuicem ſunt cõcedenda qd̃ non debet cõcedi. ¶ Tertio cõtra regulam arguitur ſic. ⁊ pono tibi illam tu curris ⁊ tu nõ curris eſt ate concedendum caſus eſt poſſibilis ⁊ poſſibile eſt q̃ tu curras ⁊ q̃ illa tu nõ curris ſit tibi poſita ⁊ ate admiſſa ⁊ cõſequenter ate cõcedenda. Admiſſo ergo caſu ꝓponitur tibi iſtam tu non curris eſt ate cõcedenda. ſi cõceditur quia ſequens. ꝓponitur tibi illam tu curris. ſi cõcedis: cõtra tu curris eſt ate concedendũ ⁊ tu nõ curris eſt ate cõcedẽdum igit̃ duo cõtradictoria ſunt ate cõcedenda. ¶ Item ꝓponitur tibi illã tu non curris ſi cõcedis: cõcedis repugnãs vni conceſſo igitur male: ſi negas aut igitur quia falſa ⁊ impertinens aut q: repugnans ſed qualitercunq̃ dicatur ſequitur q̃ iſta tu non curris eſt ate cõcedenda. ⁊ per conſequens non eſt ate neganda qd̃ eſt oppositum vnius cõceſſi. ⁊ ſic habeo dupliciter q̃ nõ qdlibet ſequẽs ex poſito eſt ate cõcedendum quia nec illa tu curris nec illa tu non curris eſt ate concedendũ. ¶ Reſpõdetur admittendo positum. ⁊ cum ꝓponitur aliqua illarum. tu non curris eſt ate concedendum: tu curris: cõcedo quãlibet iſtarum. Et tũc ad argumentum tu curris eſt ate concedendum ⁊ tu non curris eſt ate cõcedendum ergo duo cõtradictoria ſunt ſimul cõcedenda. non valz argumẽtum. verũtamen nõ cõceſſi q̃ illa tu curris ſit a me concedenda ſed conceſſi eam. vbi ergo ĩmediate poſt conceſſionem eius poſtponat̃ iſta eſt ate concedenda cõcedo q: verum ⁊ impertinẽs. Deinde ſi ꝓponitur iſta ſunt duo cõtradictoria nego tanq̃ repugnans. ſequitur quelibet iſtarum eſt a me concedenda igitur illa non ſunt cõtradictoria. ¶ Item ſi ĩmediate poſt conceſſionem illius tu curris poſtponatur illa ſunt duo cõtradictoria tu curris ⁊ tu non curris concedendum eſt. q: verum ⁊ impertinens. Deinde tu curris eſt ate cõcedendum nego tanq̃ repugnans. ſequitur enim tu non curris eſt ate concedendum ⁊ tu non curris ⁊ tu curris ſunt contradictoria ergo tu curris non eſt ate concedendũ. ¶ Itez ſi immediate poſt conceſſionez illius tu curris ꝓponatur iſta copulatiua tu curris eſt ate cõcedenda ⁊ illa ſunt contradictoria demõſtratis p̃oribus: negatur hec copulatiua. ¶ Et ſi querit̃ pro qua parte non aſſignatur aliqua quouſq̃ non fuerint ambe proposite quibus propositis ſemper concedatur p̃ma pars. quia vera ⁊ impertinens. ⁊ ſecunda negatur quia repugnans vni conceſſo ⁊ opposito bene negati illius copulatiue. Nam ſequitur tu curris non eſt a te concedendus vel iſta non ſunt contradictoria ſed tu curris eſt ate concedendum igit̃ iſta non ſunt contradictoria. Similiter ſequitur tu curris non eſt ate concedendus vel illa non ſunt cõtradictoria ſed illa ſunt contradictoria igitur tu curris non eſt ate concedendum patet quelibet iſtarum a diſiunctiua ad alteram partem cõdeſtructione vni? ⁊c̃. ¶ Ad confirmationem cum proponitur tu non curris nego eam: mũquã tamen concedo q̃ ſit neganda. quia repugnat. ſequitur enim tu non curris eſt ate concedendus igitur non eſt ate negandum: ⁊ cum dicit̃ tu negas eas: cõcedo: aut igitur q: falſa ⁊ impertinens aut quia repugnans: dico q̃ nec ſic nec ſic. quia repugnat vtrunq̃ iſtorum. Et ſi queritur quare negas eam. Dico q̃ non quelibet

questio est certificanda iuxta doctrinā quarte cōclusionis sed post tempus obligationis dicam causam. quare quia repugnauit vni concesso videlz illi tu curris. ¶ Et si arguitur contra. responsiones istas probando ꝙ tu concedis contradictoria nam cedat tempus obligationis ⁊ propono tu concedenti duo contradictoria videlicet tu curris est ate concedendum ⁊ tu non curris ate concedendum. Dico ꝙ iste non sunt contradictoria sed propositiones affirmatiue possibiles. quare ⁊c̄. ¶ Quarto arguitur sic. ⁊ pono ꝙ illa copulatiua sit tibi posita obligata aliquid sequitur ex posito ⁊ nullum sequens ex posito est concedendum: casus est possibilis. Nam ista copulatiua est possibilis aliquid sequitur ex posito ⁊ nullum sequens ex posito est concedendū igitur pōt esse posita obligata. admisso igitur casu ꝓpono tibi aliquid sequit ex posito: cōcedenda est. q: sequens. Deinde propono tibi istam nullum sequens ex posito est concedendū: concedenda est similr ꝓpter eandem cām. Deinde ꝓpono tibi non omne sequēs ex posito est concedendū vel concedis vel negas. si concedis habeo intentū: si neges contra tu negas sequēs ex concesso vel concessis igitur male. ¶ Respondet admittēdo positum ⁊ cum ꝓponitur aliquid sequitur ex posito cōcedendo illam: non q: sequens sed q: vera ⁊ impertinens. Deinde cum ꝓponitur nullum sequens ex posito est concedendum: negatur q: falsam ⁊ impertinēs: immo nego istā copulatiuam aliquid sequit ex posito ⁊ nullum sequēs ex posito est a te concedendum: q: est falsa ⁊ nō sequens. quia non sequit ista copulatiua est tibi posita obligata aliqd sequit ex posito ⁊ nullum sequens ex posito est concedendum igit aliquid sequit ex posito ⁊ nullu3 sequens ex posito est concedendū. Et si arguit contra. ista copulatiua est posita obligata igit concedenda: concedit cōclusio. repugnat enim ꝙ sit neganda: tamē quotienscunq3 ꝓponit ea3 nego q: falsa ⁊ impertinens. Et si arguit ista est a te concedenda ⁊ tu negas eam igitur male respondes. concedo consequentiā ⁊ nego antecedens: q: est copulatiua falsa ⁊ impertinens. ⁊ si querit pro qua parte. dico ꝙ pro secūda parte. q: repugnat concesso ⁊ opposito bene negati. sequitur enim ista non est a te concedenda vel tu negas ea3 sed ista est a te concedenda igitur tu non negas eam. vbi bene aduertas ꝙ feci duas negationes p̄ma dirigebatur ad totam copulatiuam: secunda ad istam cathegoricā tu negas eam. ⁊ hoc dico ꝓpter aliquos qui dicunt ꝙ non est ibi vna negatio ⁊ expectant ꝙ ꝓponantur partes ac si quelibet p̄mo loco ꝓposita esset neganda ꝙ nō est verum. Ex quo concessa est vna pars copulatiue ⁊ negatur ista copulatiua: tamen bene respondēs ne neget ista3 partem antequā neget istam copulatiuam: quia tunc negaret veru3 ⁊ impertinens ⁊ per cōsequēs male respōderet. ¶ Quinto contra regulam arguit sic. ⁊ pono tibi illa3. a. est aliqua ꝓposita posita obligata ⁊ sit. a. ista nulla ꝓpositio est tibi posita: qua admissa ꝓpono tibi istam aliqua propositio est tibi obligata que sit. b. vel igit concedis vel negas. si negas: cōtra tu negas sequens ex posito igit male: antecedens p3. Nam sequitur. a. est tibi posita obligata ergo aliqua ꝓpositio est tibi posita obligata: si concedis. arguo sic. b. non est a te concedendum cu3 sit obligatum per casum igit. b. est a te negandum. ¶ Ad istud argumentum respondet vt p̄us admittendo positum ⁊ cū ꝓponitur. b. concedo tāq3 sequens ⁊ nego. a. Non eni3 sequit. a. est aliqua ꝓpositio mihi posita igit nulla ꝓpositio est mihi posita. a. ergo quia est falsum non sequens debet negari quādocūq3 ꝓponit. Et cum dicit. a. est obligatum positum igit. a. est concedēdum concedo consequentia3 ⁊ consequēs: ⁊ nego ꝙ. a. sit a me negandum: ꝓpterea concesso ꝙ. b. sit oppositum. a. ꝓposito. b. concedo ipsam ⁊ nego ipsu3 esse concedendū: quia tunc duo contradictoria essent concedenda. Et si arguitur sic. a. est repugnans ergo negandum concedo cōsequentiam ⁊ nego antecedens. q: licet in rei veritate ita sit ꝙ. a. est repugnans non tamē habeo cōcedere ꝙ sit repugnans. quia oppositum sequitur sic arguendo. a. est concedendum igitur non est repugnans. ¶ Modo cōsimili est respondendum ad illam cōclusionem obligatam pono tibi istam nihil est tibi positum ⁊ admissum: quo admisso conceditur illa aliquid est tibi positum ⁊ negatur illa nihil est positum: quia repugnans. Et si proponitur nihil est tibi positum est ate concedendum: concedo. Deinde si ꝓponitur illa sunt contradictoria aliquid est tibi positu3 ⁊ nihil est tibi positum concedo. quia verum ⁊ impertinens. Ulterius si proponitur illa nihil est tibi positum est ate cōcedenda: nego q: repugnans duob⁹ ꝓcessis. Si tñ in p̄ncipio proponeretur hec aliquid est tibi positum est ate concedenda. Et posterius illa hec sunt contradictoria concederem p̄mum ⁊ negarem secōm tanq3 repugnans vt dictu3 est. ¶ Sexto contra regulam arguitur sic. ⁊ pono tibi illā tu negas simpliciter necessariu3 qua posita ⁊ admissa propono tibi istam tu male respondes. si negas. contra tu negas sequens ex posito ergo male: si cōcedis arguo ꝙ illud non est concedendum ⁊ illud est sequens ex posito obligato. igitur ⁊c̄. consequentia patet cum minori ⁊ maiorē probo. Nam tu concedis sequens ex posito igitur bene respōdes. ⁊ per consequens tu non male respondes qō est oppositum illius concessi ⁊ sequentis ex posito. ¶ Ad hoc solet responderi admittendo positum ⁊ negando illa3 tu bene respondes ⁊ concedendo illam tu male respondes tanq3 sequens ex posito. Et ad argumentu3 tu ꝓcedis sequēs ex posito igitur bene respōdes: negatur antecedens. quia repugnat. sequitur enim vt dicitur: tu male respondes igitur non concedis sequens ex posito ⁊ ita negatur quelibet ꝓpositio ex qua infertur bene respondere. ¶ Hec responsio videtur mihi vera quia nō sequitur. tu male respōdes igitur tu non bene respondes: ita ꝙ ista stant simul tu bene respondes ⁊ tu male respondes. Et facio hanc consequētiam: tu concedis necessarium ⁊ negas necessarium igitur bene respondes ⁊ male respondes. consequentia est bona ⁊ antecedens est possibile igitur ⁊ consequens. ¶ Ite3 nō videtur mihi ꝙ illa consequentia sit bona: tu male respondes igitur tu non concedis sequens ex posito. q: oppositū consequētis stat cum antecedente: ꝓbatur ⁊ pono ꝙ. a. ⁊ b. sequatur ex tibi posito obligato ⁊ ꝙ tu concedas. a. ⁊ neges. b. quo posito patet ꝙ tu male respondes ⁊ tamen cōcedis sequens ex posito obligato. ¶ Ideo aliter respōdetur admittendo casum. ⁊ cum ꝓponitur tu male respondes. concedo. Deinde tu concedis sequens ex posito obligato concedo. quia verum ⁊ impertinens. deinde tu bene respondes concedo. quia sequens deinde cu3 arguitur tu male respondes igitur non bene respōdes nego consequētiam. ¶ Sed forte arguitur sic. tu male respondes ⁊ non respondes nisi ad vnum igitur tu non bene respondes: nego minorem tanq3 repugnantem. sequitur enim tu male respondes ⁊ bene respondes igit ad plura respōdes ⁊ ad vnum. ¶ Item si in p̄ncipio post concessione3 illius tu male respondes proponatur illa tu non respondes nisi ad vnum: conceditur q: verum ⁊ impertinens. Deinde tu bene respondes: negetur quia repugnans duobus concessis. sequitur enim tu male respondes ⁊ tu non respondes nisi ad vnum igitur tu non bene respondes. ¶ Et si arguitur contra. tu concedis sequens ex posito obligato aut verum impertinens igitur bene respondes: negatur antecedens pro qualibet parte ⁊c̄. quia repugnat opposito illius negati tu bene respondes vt satis liquet. ¶ Septimo arguitur sic. ⁊ pono tibi istam. tu concedis istam homo est asinus quo admisso ꝓpono tibi illam tu concedis impossibile: ⁊ arguo sic. illa sequitur ex posito obligato ⁊ non cōcedenda est igitur oppositum regule. consequentia tenet cum maiori. quia sequitur tu concedis istam homo est asinus igitur tu concedis impossibile sed ꝙ non sit ate concedenda probatur. quia est falsa ⁊ non sequens igit negāda: p̄ma pars patet ⁊ secōam ꝓbo. q: non sequit tu concedis istam homo est asinus igitur tu concedis īpossibile: q: stat ꝙ dum concedis eam ipsa sit necessaria ⁊ ad vnam aliam respōdeas. ¶ Ideo rndetur admittēdo positū ⁊ negādo

istam tu concedis impossibile: quia falsa est ⁊ impertinēs. ⁊ ad argumentuꝫ nego cōsequentiā: sed opꝫ addere in minori ꝙ ista homo est asinus fit impossibilis qd̄ si addit negatur tanq̄ꝫ repugnans ⁊c̄.

Quarta regula fuit ista. omne posito obligato repugnans scitum esse tale in tempore obligationis est negandum. ¶ Contra istam regulam arguitur sic. ⁊ pono tibi istaꝫ nihil est tibi positum qua admissa: ꝓpono tibi istam aliquid est tibi posituꝫ. si concedis ⁊ bene respondes igitur intentum. ꝙ repugnat posito obligato scitum esse tale est concedendum. si negas contra ego posui tibi istam nihil est tibi positum ⁊ ista nihil est tibi positum est aliquid igit̄ aliquid est tibi positum. ¶ Confirmat hoc idem tripliciter ⁊ p̄mo sic. pono tibi istaꝫ tu nihil admittis qua admissa quia est possibilis: propono tibi istaꝫ aliquid admittis: si concedis: cōcedis repugnās posito obligato ⁊ bene respondes igitur intentum: si negas: contra tu admittis istam ⁊ ista est aliquid ergo aliquid admittis: nec etiam habes dubitare vt pꝫ. ¶ Confirmatur secūdo sic. pono tibi illam tu nō es qua admissa quia possibilis propono tibi istam tu admittis aliqd. Si negas vel dubitas contra ego posui tibi illam tu non es ⁊ tu admittis eam ⁊ ipsa est aliquid igitur aliquid admittis. Si concedis ꝓpono tibi istaꝫ tu es: si concedis ⁊ bene respondes habeo intentuꝫ. si negas tu negas sequens ex concesso igitur male. antecedens probat̄. istaꝫ sequitur tu admittis illam tu nō es igitur tu non es. ¶ Confirmatur tertio sic. ⁊ pono tibi illam tu non es obligatus. qua admissa ꝓpono tibi illam tu es obligatus. Si concedis habeo ꝓpo^{m}. Si negas: contra ego posui tibi istam tu non es obligatus ⁊ tu admisisti eaꝫ igitur tu es obligatus. ¶ Ad hec omnia multe solent dari respōsiones. ¶ Prima non admittit aliquaꝫ ꝓpositionem factam ꝓpter repugnantiam positi ad positioneꝫ vel admissionem. dicit enim ꝙ in p̄ma positione positum repugnat positioni: in secunda repugnat admissioni. in tertia ⁊ in q̄rta repugnat ⁊ admissioni taꝫ simul q̄ꝫ diuisim. ¶ Hec responsio est fuga miserorum ꝓ ꝙ ostendidit conclusio ⁊ non mirum ꝙ nesciat quid sit obligatio: quid obligatum: ad quod obligatio obliget quis enim sciens nām obligationis diceret ipsam obligare ad concedendum positionem vel admissionem nisi inquātum positio vel admissio esset obligatum: quare ⁊c̄. ¶ Secunda responsio admittit quālibet illarum positionum. Et tunc ad primum cum proponitur aliquid est tibi positum negant: ⁊ cum dicitur posui tibi illam nihil est tibi posituꝫ ⁊ ipsa est aliquid igitur aliquid est tibi positum concedit consequentiaꝫ ⁊ maiorē sed negatur minor dicēs ꝙ nulla ꝓpositio est aliquid. ¶ Hec responsio in hoc ꝙ negat minoreꝫ est miserior fuga: q̄ꝫ prima. quia in arte disputatoria sumit̄ li aliquid cōmuniter ꝓ quolibet quod habet aliqualem vnionem: siue proprie dictam siue in proprie dictam quemadmodum est vnio aggregationis. Item in hoc ꝙ concedit maioreꝫ concedit repugnans opposito bene negati igitur male. ¶ Tertia responsio admittit hec omnia ⁊ semper concedit opposituꝫ positi. vꝫ. aliquid est tibi positū: tu es obligatus ⁊ hmōi. ⁊ cum dicitur tu concedis duo contradictoria negat ⁊ ita putans consequenter respondere negat illa esse contradictoria. ¶ Hec responsio leuiter decipitur in hoc nam cedat tempus obligationis ⁊ arguo ꝙ concessisti duo contradictoria. vꝫ. aliquid est tibi positum ⁊ nihil est tibi posituꝫ. ⁊ per consequens male respondebas. ¶ Item cum proponebatur tibi. ista sunt contradictoria ⁊ negasti tu negasti verum non repugnans vt patet. igitur ⁊c̄. ¶ Ideo est aliter respondendum ad p̄ncipale admitto positum ⁊ cum proponitur. aliquid est tibi positum nego eam. Et tunc ad argumentum ego posui tibi illam: nihil est tibi posituꝫ igitur aliquid est tibi positum: nego antecedens tanq̄ꝫ repugnās posito obligato. non enim stant illa simul nihil est tibi positum ⁊ posui tibi illam nihil est tibi positum. Et si arguitur sic. positio repugnat tibi posito igitur aliquid est tibi positū nego antecedens tanquā repugnans: contra. tu negas istā aliquid est tibi positum ⁊ istam similiter. posui tibi illam nihil est tibi positum ⁊ non nisi quia repugnās. dicitur concessa p̄ma parte nego secundam antecedentis. ⁊ si queritur causa: quare ego nego. hanc questionem nolo determinare quousq̄ꝫ ab hac obligatione nō fuero deliberatus. ¶ Ad primam confirmationem patet responsio admittendo posituꝫ ⁊ concedēdo ipsum: ⁊ cum ꝓponitur eius oppositum aut aliquod antecedens ad eius oppositū semper: negatur ⁊ si queritur causa. non detur alia nisi quia placet mihi. ¶ Ad secundam confirmationem admisso casu concedo istam tu non es. ⁊ nego istam tu es: ⁊ nego ꝙ aliquid admittatur. aut aliquid concedam vel negē vel dubitem: aut ꝙ respondeam bene vel male: quia hec omnia antecedunt ad oppositum positi obligati. ¶ Ad tertiaꝫ cōfirmationem admisso casu nego ꝙ sim obligatus. ⁊ cum dicitur posui tibi illam tu non es obligatus ⁊ eam admisisti igitur tu es obligatus. ad bonum intellectum negatur antecedens quia repugnans sicut dictum est. Et nectanter dicitur ad bonum intellectuꝫ quia iuxta superius dicta nō valet argumentum. quia non semper ex qualibet positiōe ⁊ admissione sequitur obligatio: ideo deberet in antecedē te addi illa particula sine condictione impediente obligationem: que autem sit illa condictio patet in p̄mo articulo.

¶ Secundo contra regulam arguitur sic. ⁊ pono tibi illaꝫ copulatiuam tu es rome ⁊ omne repugnans huic ꝓpositioni tu es rome est concedendum deinde ꝓpono ita copulatiua est posita obligata. vera ⁊ impertinens igitur concedenda. Deinde vtraq̄ꝫ pars copulatiue est posita: sequens igitur negāda. Deinde tu es rome est altera pars copulatiue: vera ⁊ impertinens igitur cōcedenda. quibus concessis arguitur sic. tu es rome est positum obligatuꝫ ⁊ omne repugnans huic propositioni tu es rome est concedendum. ⁊ per consequens non oē repugnans est negandum. ¶ Ad istud respondetur admittendo positum ⁊ cōceditur ꝙ ista copulatiua est posita obligata: deinde cum proponitur vtraq̄ꝫ pars copulatiue est posita obligata: nego quia falsum ⁊ impertinens. Unde dico ꝙ sola ista copulatiua est posita obligata ⁊ nulla eius pars. non obstante ꝙ quelibet sit sequens ex posito obligato. vnde si poneremus istam tu es rome. hec tu es rome esset posita ⁊ admissa ⁊ esset obligata ⁊ non ista tu es: licet sit sequens. vbi tamen placeret opponēti. ꝙ quotiensc̄unq̄ꝫ poneretur copulatiua poneretur vtraq̄ꝫ eius pars ⁊ ita obligaretur quelibet illarum: esset aliter respondendu ꝫ cōceditur ergo totum quousq̄ꝫ ꝓponitur tu es rome est altera pars huius copulatiue que neganda est quia repugnans. sequit̄ enim vtraq̄ꝫ pars copulatiue est posita obligata sed omne repugnas huic tu es rome est concedendu ꝫ igitur hec tu es rome non est altera pars eius copulatiue. ¶ Tertio contra eandem regulam arguitur sic. ⁊ pono tibi illaꝫ omnis homo est rome qua posita ⁊ admissa propono tibi. hec homo non est rome est a te concedenda. Si negas vel dubitas. contra tu negas vel dubitas verum ⁊ impertinens scitum esse tale igitur male. antecedens patet. nam ꝙ sit verum manifestum est ꝙ sit impertinens probatur. quia nō sequitur nec repugnat. si autem conceditur arguitur sic. homo non est rome est a te concedendum sed homo nō est rome est repugnans posito obligato ergo aliquod repugnans posito obligato est a te concedendum. ⁊ per consequens non omne repugnans est negandum. ¶ Respondetur admittendo positum ⁊ ꝓcedēdo illam homo nō est rome est a te concedendum. Et tunc ad argumentum nego minorem tanquā repugnantem. sequitur enim homo non est rome est a te concedendum igitur homo non est rome non est repugnans posito obligato. ¶ Quarto contra regulam arguitur sic. ⁊ pono tibi illam nihil est repugnans posito quo posito ⁊ admisso propono tibi istam aliquid est repugnans posito si concedis ⁊ bene respondes igitur intentum: si negas cōtra illa est vera ⁊ ipertinēs igit̄ concedenda: ꝙ sit vera pꝫ. sed ꝙ sit ipertinens ꝓbat̄. naꝫ

nihil est repugnans posito ⁊ ipsa est igitur est impertinēs. ¶ Respondetur admittendo positum ⁊ nego ꝙ illa sit impertinens. Et ad argumentū nego ꝓsequētiam. stat. n. ꝙ sit sequens ex posito ideo si ꝓponit ipsa est sequens ex posito concedit tanq̄ sequēs. sequit. n. nihil est repugnās posito ⁊ ipsa est vera ⁊ nō impertinēs igitur est sequens: ⁊ si concludit igit est concedenda: concedit ꝓia ⁊ consequens: nunq̄ tamē concedaz ipam mihi ꝓpositā. ¶ Itez si post negationez illius aliquid est repugnās posito ꝓponeretur ista copulatiua hec est va ⁊ nō repugnans posito: nego eam q: falsa ⁊ impertinēs. ¶ Et si queritur pro qua parte dicit ꝙ pro ꝑma. q: oppositū sequit ex vno concesso ⁊ opposito bene negati: sequit. n. illa nō est vera nihil ē repugnans posito sed nō est repugnans posito per positū igitur ipsa nō est vera. ¶ Item si post negationē illius aliquid est repugnans posito nō ꝓponeret aliqua copulatiua sed solum partes diuisim ⁊ ꝑmo copulatiue: hec est vera: concedendū: q: verū nō repugnās: deinde: ipsa nō est repugnans iterū concedit q: sequens ex posito obligato. ¶ Ultimo ista est a te concedenda concedit tanq̄ sequēs ex hijs vltimo concessis. quare ⁊c̄. ¶ Quinto cōtra regulaz arguit sic. sit rei veritas ꝙ tu sis albus. ⁊ pono tibi illā tu es niger que precise maneat tibi posita donec ꝓponat aliqd̄ a te negandū ⁊ nō vltra sis obligatus ad istam: qua posita ⁊ admissa ꝓponō tibi istam tu es albus. si cōcedis ⁊ bene respondes igit intentū. pz ꝓna. nam ista repugnat posito. vt pz ⁊ adhuc manet tp̄s obligatiōis qd̄ ꝓbat sic. Nam tp̄us obligationis durat per casum donec ꝓponat aliqd̄ negandū a te sed adhuc nō ꝓponebat aliqd̄ negandum a te igit adhuc tp̄us obligationis durat. Si negatur ideo cum ꝑmo ꝓponit illa tu es albus. cōtra tu negas verum nō obligatus igit male respōdes: ꝓna tz ⁊ antecedēs ꝓbatur. Nam obligatio nō durat nisi donec ꝓponat aliquod negādum a te sed cū cito ꝓponebatur ista tu es alb? ꝓponebat aliqd a te negandum: q: aliter nō negasses illam vel saltem male rñdisti negando ꝙ nō fuit a te negādum igit cum ꝓponebat tibi ista tu es albus tu nō eras obligatus ad eandem nec tu eras ad aliquid aliud obligatus vt suppono: igitur tūc nō eras obligatus qd̄ fuit ꝓbandum. ¶ Respondet admittendo casum. ⁊ cum ꝓponit illa tu es albus concedo eam ⁊ nego ꝙ sim obligatus: ⁊ cuz dicitur nō ꝓponebat aliqd̄ negādum a te: nego imo dico ꝙ ista tu es albus cū ꝓponebat mihi fuit neganda vel saltez dum fuit in ꝓpōne. ¶ Et si arguit. ista tunc fuit neganda a te ⁊ concessisti istam igit concessisti negāduz a te igit male respondes. dr̄ ꝑmo negando ꝑmā ꝓnam: sicut nō sequitur: vidisti istum ⁊ iste fuit ep̄us igit vidisti ep̄m: sed bene sequit ꝙ ep̄m vidisti: ita in ꝓposito nō sequit ꝙ concessisti a te negandū: sed ꝙ a te negādum concessisti. ¶ Secō dicit negando secōaz ꝓnaz: q: iz concesseriz negādū a me: tamē illud nō erat negādum a me pro tempore adequato vel instanti quo cōcessi illud sed pro tēpore ante responsionem meam. ¶ Sexto arguit sic. ⁊ pono tibi illam tu non es obligatus: qua admissa cedat tp̄us obligationis: si non admittis sequit ꝙ eternaliter eris obligatus. q: nō videt q̄re plus semel sit admittēdū ⁊ nō semp: si admittis: admittis repugnans posito si omne admittendū est concedendū igitur repugnās posito est concedendū. ꝓna pz cuz minori ⁊ maiorem ꝓbo. Nam sequit tu nō es obligatus igit non cedat tp̄s obligationis. Dicit ꝙ sicut li pono est signū obligationis ita li cedat est signuz obligatiōis. quare cū dicitur cedat tp̄s admitto ⁊ nego ꝙ admitto repugnat posito obligato: q: iam non sum obligatus: nec sequit tu nō es obligatus igit non cedat tp̄s obligatiōis. vñ in fine admissionis de obligatione cedat tp̄s obligationis ⁊ tūc nō sum obligatus. ¶ Septimo arguit sic. ⁊ pono ꝙ qd̄cūq̄ istoruz ꝗdictoriorꝫ rex sedet ⁊ nullus rex sedet tibi ꝑmo ꝓponitur fit tibi positū ⁊ admissum. Isto posito ⁊ admisso arguitur sic. vtrūq̄ istorum si ꝑmo loco ꝓponit est a te concedendum ⁊ alteruz istorum est repugnans posito igitur repugnans posito est a te concedendum: cōsequentia patz cum maior ⁊ minorez probo. Nam vtrūq̄ istorum si primo loco ꝓponitur est repugnās alteri sed alterum istorum ꝑmo loco ꝓponit igitur alterum illorum est repugnās posito. ¶ Respondet admittendo positū ꝑmū ꝙ est quedā suppositio ⁊ positio simul ad futuruz posituz. ¶ Ad argumentum igitur concedo ꝓnam ⁊ nego minorez. vz. ꝙ alterum istorum est repugnās posito. Nam nullū istarū est ꝓpo^m vt pz quomodo ergo aliqd̄ istorum est repugnans posito: ex quo pz ꝙ altera minor est falsa. vz. alterum istorum ꝑmo loco ꝓponit: si tamen post admissionem ꝓponeretur ista rex sedet concederem istam sustinendo ipam esse positam ⁊ alteram. vz. nullus rex sedet negarem tanq̄ repugnantem. Et si negatiua ꝑmo loco ꝓponeret dicerem ipam esse positam ⁊ concedendaz alteram vero affirmatiuam assererem esse repugnantem ⁊ negandā. ¶ Et si arguit ꝑmo ꝓposita ista rex sedet. isto modo. hec nullus rex sedet si ꝑmo ꝓponeret esset concedenda sed hec ē repugnans posito obligato igit repugnans posito obligato esset concedendū: nō vz argumentuz: sed dz concludi igit repugnans posito si ꝑmo loco ꝓponeret esset concedēdū ⁊ hoc est verum. ⁊ si ex hoc cōcluditur ꝙ si ꝑmo loco ꝓponeret repugnans posito illud esset cōcedendū nō valet argumētum. arguit. n. a propositiōe de cōditionato extremo ad ꝓpositionem condictionalē. vñ nō sequit album si esset eēt anial igit si album esset eēt anial. ꝓns est falsuz. vt pz ⁊ antecedens ꝓbo: nā hoc si esset eēt anial demōstrato antexp̄o ⁊ hoc est album vel pōt esse albuz. igit ⁊c̄. ⁊ sic non procedit. ¶ Octauo arguit sic. ⁊ pono tibi illam nulla ꝓpositio est tibi dubia: quo posito ⁊ admisso pono illā rex sedet: si respondes aliter q̄z dubitando cedat tēpus ⁊ ꝓpono ꝙ concessisti vel negasti tibi dubiū nō sequēs nec repugnans obligato igitur male. Si dubitat. ꝓpono tibi hec ē tibi dubia. Si conceditur ⁊ bene respondes igit intentuz: pz ꝓna. Nam sequit hec est tibi dubia igit aliqua ꝓpositio est tibi dubia qd̄ est oppposituz positi: si negas: cōtra affirmatiuum fuit tibi dubia ⁊ ex casu nō sequit istam esse concedendam nec negādam igit adhuc est tibi dubia ꝓbo consequentiaz. quia si illa non foret tibi dubia ipsa esset a te cōcedenda vel neganda sed nullum illorum sequit ex casu. igitur ⁊c̄. ¶ Respondet admittendo posituz ⁊ cum ꝓponitur rex sedet: dubito istam: ⁊ nego ꝙ ista sit mihi dubia tanq̄ repugnās. Et tunc ad argumentum nego consequētiam: sicut nō sequitur ante casum concessisti istam tu curris ⁊ ex casu nō sequitur ipsam esse concedēdam nec negādam igitur adhuc concedis eam. dato ꝙ poneretur suum oppositum tu non curris patet ꝙ consequentia non valet. verum tamen concedo ꝙ ista rex sedet est a me dubitanda. Et si arguit sic. ista est a te dubitanda ⁊ est impertinēs igitur est tibi dubia nego minorez tanq̄ repugnantem. sequitur enim illa est a te dubitanda ⁊ nō est tibi du^a igitur nō est impertinēs. sed si poneret ꝙ nulla propositio esset a te dubitanda: qua admissa ꝓponeret illa rex sedet: qua cōcessa: arguitur sic. illa est tibi dubia ⁊ impertinēs igitur dubitāda: nego antecedēs: ⁊ si dicit pro qua parte ꝓponant partes ⁊ ꝑma concessa quecunq̄ sit illa secunda negat. q: repugnāt vni concesso ⁊ opposito bene negati. Et hoc vniuersaliter sustineatur quando copulatiua est impertinens cuius quelibet pars est contingēs ⁊ nulla necessaria est: intelligendo de necessario simpliciter. Notanter dico cuius quelibet pars est contingens: quia si vna esset necessaria ⁊ alia contingens negata copulatiua contingēs debet vocari ⁊ non necessaria: dico etiam notanter cuius nulla pars est contingens: quia si vna pars esset concessa nō oportet expectare ꝙ proponerent: sicut alias dixi sed statim negare aliam non concessam. verbi gratia. si in isto casu statiz post positum proponatur hec est tibi dubia rex sedet: concedatur. quia verum ⁊ impertinens. Deinde si argueretur sic hec est tibi dubia ⁊ impertinens ergo dubitanda. concedo consequentiam: ⁊ nego antecedēs: pro qua parte: pro secōa parte: q: repugnat sicut est ostensum: ⁊ in sequentibus melius ostendetur.

Altera regula. vz. quinta in ordine fuit ista oē sequēs ex posito obligato ⁊ bene cōcesso vel bene cōcessis scituz esse tale infra tempus obligationis est ab eodez cōcedendū. ¶ Cōtra istam regulaz multipliciter arguit ⁊ p̄mo, sic. ⁊ pono tibi istam deus est ⁊ homo est asinus cōuertunt. quo posito ⁊ admisso q: possibile ꝓpono tibi istam: deus est si respōdes aliter q̄z concedo sequit q̄ negas vel dubitas necessariuz simplr scituz a te esse tale: igit male. Si cōcedis ꝓpono tibi istam homo est asinus: si cōcedis vel dubitas: contra concedis vel dubitas impossibile per se scitū esse tale igitur male. Si negas sicut negāda est arguit sic. hec ꝓpositio hō est asinus est a te neganda ⁊ sequit ex posito ⁊ cōcesso igit aliqō sequens ex posito ⁊ cōcesso est a te negandum. ⁊ per cōsequens nō oē sequens est concedendum: añs p̄ncipale ꝓbatur. Nam sequit deus est ⁊ homo est asinus cōuertunt sed deus est igit homo est asinꝰ. pz consequētia a simili q: bene sequit homo currit ⁊ risibile currit cōuertunt sed hō currit igit risibile currit. ¶ Dimissis multis sophysticatiōibus que hāc nō solvunt sz fugiunt admitto casum ⁊ cum ꝓponit deus est cōcedo dei de homo est asinꝰ: nego. Et tunc ad argm. illa est a te negāda. concedo. q: veruz ⁊ impertinēs: ⁊ est sequens ex vno concesso: nego istam ꝗñam: deus est ⁊ homo est asinꝰ convertunt sed deus est igit homo est asinus. ⁊ tunc ad similitudinē concedo scōam ⁊ nō p̄mā: cām aūt dicam ex tp̄us obligationis. si ergo cedat tp̄us obligationis. dico q̄ infra tp̄us ille nō convertabant deus est ⁊ homo est asinus nō obstante q̄ sic posuerim sed ille de facto convertebant homo currit ⁊ risibile currit propterea vna ꝗña erat bona ⁊ alia non. ¶ Cōtra istam responsionem pono casum de novo: quo admisso ꝓpono vt p̄us deus est: qua cōcessa propono homo est asinus: si negat arguitur sic multipliciter. deus est ⁊ homo est asinus cōuertunt sed p̄ma est a te cōcedenda igit ⁊ scōa. ¶ Secūdo arguit sic. ⁊ facio tibi istā consequētiam deus est ergo homo est asinꝰ. hec consequētia est bona ⁊ añs est concedēdum a te igit ⁊ ꝗñs: q̄ autē ista cōsequentia sit bona ꝓbatur. q: deus est ⁊ homo ē asinus cōuertunt per casuz. ¶ Tertio necessariū simplr est concedendum sed illa hō est asinus est necessariuz simplr igit ipsa est concedenda maior ꝓbatur. Nā omne sequēs ex posito obligato est concedenduz sed omne necessarium est sequens ex quolibet posito obligato q: necessariū simpliter sequit a quolibet. igit ⁊c. ¶ Quarto arguit sic. negando illam homo est asinus: tu negas vez ⁊ impertinēs igitur male rñdes. ꝗña pz ⁊ antecedens ꝓbatur. q̄ illa sit vera. q: convertit cum vero: sed q̄ sit impertinēs ꝓbat. q: non sequit nec repugnat: q̄ nō sequatur concessuz est: q: nō sequit deus est ⁊ homo est asinus cōuertuntur: sed deus est igit homo est asinus: sed q̄ nō sit repugnās probo: q: cōuertitur cum vno concesso ⁊ concedēdo igit non est repugnans. ¶ Quinto arguit sic. cedat tempus obligationis ⁊ arguit sic. infra tp̄us hec consequētia fuit bona deꝰ est igitur homo est asinus ⁊ concessisti antecedēs ⁊ negasti cōsequēs igitur male: q̄ aūt illa cōsequētia fuit bona pz. q: ille ꝓpositiones adinuicē cōuertebant vt posuit casus. ¶ Sexto arguit sic. negando istā homo est asinꝰ tu negas sequens ex vno concesso igit male respōdes. ꝗña tenet ⁊ antecedens ꝓbat. Nam ipsa sequit ex illa deus est cū ad inuicem convertant. igit ⁊c. ¶ Ad hec rñdetur ad p̄muz dico sicut p̄us semp negando illaz hō est asinus. Et ad argumentum ille cōuertunt ⁊ p̄ma est a te cōcedenda igit ⁊ scōa. Hic dicit vna rñsio q̄ nō valz argumētum. sed bñ sequit ille due convertunt ⁊ p̄ma est concedēda a te eē vera igit ⁊ scōa. ¶ Contra istam rñsionem arguit sic. sequitur ille cōuertunt igitur ex hijs ꝗña est bona igit est necessaria simplr: sed omne necessariuz simplr est concedendū vt nūc ꝓbani in deductiōe tertij argumenti. igit ista consequentia est a te concedenda arguo tunc sic. illa cōsequentia est a te concedenda ⁊ antecedens est concedendū a te igit ⁊ consequens. quare si ille due cōuertunt ⁊ vna est concedenda a te altera simplr. ¶ Ideo dico cōcedēdo consequētiam ⁊ negando antecedēs: istam copulatiuā. vz. ille ꝗuertunt ⁊ p̄ima est concedenda a te. quia est vna copulatiua falsa ⁊ impertinēs. Et si querit pro qua parte dico pro secunda parte: q: repugnat vni concesso ⁊ opposito bñ negati. Sequit enim ille due convertunt vel p̄ma nō est cōcedenda: sed ille cōuertunt per positum concessum igitur p̄ma nō est a te concedēda. ¶ Hec tñ rñsio nō dz opponentem ꝓstrasse q: dicat opponens cedat tp̄s ⁊ iterum faciat eandem obligationē ⁊ imediate post negationē illius homo est asinus arguit cōtinue cathegorice ⁊ nō ypothetice vz. ꝓpono tibi istam ille convertunt cōcedenda est. q: positum: deinde ꝓpono tibi: ista deus est est cōcedenda cōceditur q: verū ⁊ impertinēs: deinde propono tibi: ista ē cōcedenda homo est asinꝰ: si negas vel dubitas male rñdes: q: negas vel dubitas sequens ex posito ⁊ vno concesso: sequitur. n. ille due convertunt ⁊ p̄ma est a te cōcedenda igitur ⁊ scōa. ¶ Concedit breuit q̄ illa homo est asinꝰ est a me concedenda: nolo tamē cōcedere ipam mihi ꝓpositā. Et si arguat ista est a te concedenda ⁊ tu negas eaz igitur male rñdes: negatur copulatiua vt p̄us q: falsa ⁊ impertinens. Et si dicit pro qua parte dicit pro scōa parte. q: repugnat vni concesso ⁊ opposito bene negati. Si tñ arguatur cathegorice: concedo q̄ male rñdes nō tanq̄z veruz sz tanq̄z sequens ex duobus cōcessis. ¶ Scōa rō soluit per ea que sunt dicta in p̄ma cum dicit illa consequētia est bona ⁊ antecedens est cōcedendū a te igit ⁊ ꝗñs. negat illa copulatiua que est antecedens: si non arguatur cathegorice precise concedo q̄ ꝗñs est a me concedēduz. ⁊ sic vltra ꝗñter vt p̄ma. ¶ Ad tertium eodem mō dicitur negādo antecedēs vt p̄us: ⁊ si dicit pro qua parte dicit pro secunda: vlterius si querit an illa sit falsa homo est asinus concedit tanq̄z verum ⁊ impertinēs: deinde ista est falsa deus est concedit tanq̄z sequens. ¶ Ad quartū nego q̄ illa homo est asinus sit vera ⁊ cum dicit cōuertitur cū vero nego: cōtra: cōuertitur cum ista deus est ⁊ ipsa est vera: nego tanq̄z repugnans. Itez nego q̄ sit impertinēs: ⁊ si proponitur ipsa est sequens: negat intelligendo sequelaz eodē mō quo regule loquunt. ⁊ si proponit ipsa est repugnās: concedo q: per se impossibilis: ⁊ ita ꝗñter est dicenduz de illa deus est. quare ⁊c. ¶ Ad quintū cum dicitur cedat tēpus obligationis admitto ⁊ nego q̄ infra tempus illa consequentia fuit bona: imo nihil valuit: nec etiam ille due cōuertebantur: ⁊ si dicitur quare ergo hmōi concessisti: dico q̄ concessi ꝓpter positionē factam. ¶ Ad sextum cum dr negando illam tu es asinus: tu negas sequens ex vno concesso ergo male rñdes: concedo ꝗñam ⁊ consequens: nec hoc est inconueniēs infra tp̄us dūmodo sequat. ¶ Pōt igitur pro maiori euidentia sic ꝓcedi in obligatione ista pono tibi deus est ⁊ homo est asinus cōuertunt admitto: ꝓpono tibi deus est concedo propono tibi homo est asinꝰ: nego: ꝓpono tibi hec est vera deus est: cōcedo: ꝓpono tibi hec est vera hō est asinus: cōcedo: propono tibi hec est a te concedēda deus est: cōcedo: tu negas eam concedo: tu male rñdes, concedo. ¶ Item posset ordo mutari. naz statim postpositiuz ꝓpono hec est vera hō est asinus: nego q: falsuz ⁊ impertinēs: propono hec est vera deus est. nego q: repugnans posito ⁊ opposito bene negati. propono hec est a te cōcedenda hō est asinus: nego: quia falsum ⁊ impertinēs. hec est a te concedenda deus est nego: quia repugnās vt p̄us: tunc sic. hec non est a te cōcedenda deꝰ est: concedo: ⁊ tu negas eam: concedo: ergo male rñdes. ¶ Sed forte arguitur. q: hec est vera deꝰ est in hoc scōo ordine. Nam deum esse est verū ⁊ hec ꝓpositio significat adequate deum esse igit ipsa est vera: nego minorem tanq̄z repugnātem. sequit enim ipsa nō est vera ⁊ deum esse est verum igitur ipsa nō significat adequate deum eē. Et ita dicatur de illa homo est asinus suo mō. quare ⁊c. ¶ Secundo arguitur cōtra eandem regulam sic. ⁊ pono tibi istam omnis homo currit: qua posita ⁊ admissa ꝓpono tibi illam tu es homo: concedenda q: vera ⁊ ipertinēs:

